

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Oratio XXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

DE ARVSP. RESPONSIS.

agri terramotu quodam nouo contremiscunt, & inuisitato aliquid sono incredibilique pradicunt, in quo constituenda nobis quidem sunt procurationes, & obsecratio, quemadmodum monemur, sed faciles sunt preces apud eos, qui vltro nobis viam salutis ostendunt: nostra nobis sunt inter nos ira, discordiaque placanda.



PRO CN. PLANCIO

ORATIO XXXI.



Vm propter egregiam & singularem Cn. Placii, iudices, in mea salute custodienda fide, tam multos & bonos viros eius honori videri esse fautores, capiebam animo non mediocrem voluptatem: quod, cuius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. cum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos huic accusationi esse fautores, eandemque rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quam in petitione fuisset adiutrix: dolebam, iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua beneuolentia, praesidio, custodiaque, rexisset. nunc autem vester, iudices conspectus & consessus iste reficit & recreat mentem meam: cum intueor, & contempletur vnumquemque

ORATIO

vestram, video enim hoc in numero neminem, cui
 mea salus cara non fuerit, cuius rō extet in me su-
 um meritiū, cui non sim obstrictus memoria benefi-
 cij sempiterna. itaq; non extimesco, ne Cn. Plancio
 custodia mea salutis apud eos oblit, qui me ipsum
 maxime saluum videre voluerunt. factusq; iudices,
 mihi venit in mentem, admirandum esse, M. Late-
 rensem, hominem studiosissimum, & diligentissi-
 mum salutis mea, reum hunc potissimum sibi dele-
 gisse: quam metuentum, ne vobis id ille magna rati-
 3 one fecisse videatur. * quanquam mihi non sum
 tantum, iudices, neq; arrogo, vt Cn. Plancium suis
 erga me meritis impunitatē consecutum putem,
 nisi eius integerrimam vitā, modestissimos mores,
 summam fidem, continentiam, pietatē, innocentiam
 ostendero, nihil de pœna recusabo. sin omnia
 præstitero, quæ sunt à bonis viris expectanda, petā, iu-
 dices, à vobis, vt cuius misericordiā salus mea cu-
 stodita sit, vos ei vestrā misericordiā me deprecā e-
 tribuatis. equidem ad reliquos labores quos in hac
 causa maiores suscipio, quā in ceteris, etiā hęc mo-
 lestiam assumo, quod mihi non solum pro Cn. Plancio
 dicendum est, cuius ego salutē non secus ac me-
 am rueri debeo. sed etiam pro me ipso de quo accu-
 4 satores plura penē quā de re reog; dixerunt. * quā-
 quam iudices, si quid est in me ipso ita reprehensum,
 vt id ab hoc alienum sit, non me id magnopere con-
 turbet: non enim timeo, ne, quia petarō grati ho-
 mines reperiantur, iicirco, cum me nimium gra-
 tum illi esse dicant, id mihi criminiosum esse possit.
 qua

PRO C

quæritur...
 hanc erga me...
 prædicit enim...
 tamen tam magis...
 debere huc mihi...
 sic ne quid ipse...
 pendero criminis...
 sicut, quam reor dicit...
 su esse videtur...
 plicata per officium...
 ratio proponitur...
 contra Latrensem...
 tæto vsu nostrum...
 enim est lex illa...
 illo laudat, est...
 est vilis certus...
 sus & fuerit...
 autem non est...
 illam dicere, sed...
 contradiendum est...
 videtur faciendum...
 reus, atq; hoc...
 quæ laude...
 celo illam orationem...
 solum laus dicitur...
 longioris recipere...
 contrariosa habe...
 id quod ille me fla...
 gitate esse super...
 criminatio ostendit

PRO CN. PLANCIO.

quæ verò ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn.
 Plancij erga me minor esse dicere, quam à me i-
 pso prædicarentur: aut si essent summa, negarem ea
 tamen ita magni, ut ego potarent ponderis apud vos
 esse debere: hac mihi sunt tractanda, iudices, & mo-
 dicè, ne quid ipse offendam: & tum denique cum res-
 pondero criminibus, ne non tam innocentia reus
 sua, quam recordatione meorum temporum defen-
 sus esse videatur. * Sed mihi in causa facili atq; ex-
 plicata perdifficilis, iudices, & lubrica defensionis
 ratio proponitur. nã si tantummodo mihi necesse esset
 contra Laterensem dicere, tamen id ipsum esset, in
 tanto vsu nostro, tantaq; amicitia molestum: vetus
 enim est lex illa iusta veraq; amicitia, quæ mihi cum
 illo iamdiu est, ut idem amici semper velint: neque
 est vllum certius amicitia vinculum, quam consen-
 sus & societas consiliorum & voluntatum, mihi
 autem non id est in hac re solum molestum, contra
 illum dicere, sed multo id magis, quod in ea causa
 contradicendum est, in qua quadam hominum ipsorum
 videtur faciendæ esse contentio. * quæret enim Late-
 rensis, atq; hoc vno maxime vrget, quæ se viriute,
 qua laude Plancius, qua dignitate superaret. ita si
 cedo illius ornamenti, quæ multa & magna sunt, non
 solum huius dignitatis iactura faciendæ est, sed etiam
 largitionis recipiendæ suspicio. sin hunc illi antepono,
 contumeliosa habenda est oratio: & dicendum est,
 id, quod ille me flagitat, Laterensem à Plancio di-
 gnitate esse superatum. ita aut amici simi hominis
 existimatio offendenda est, si illam accusationis con-

ORATIO

ditionem sequar: aut optimè de me meriti salus de-
 serenda est. sed ego, Laterensis, cæcum me & praci-
 tem ferri corfituar in causa, si te aut à Plancio, aut
 ab vllò dignita: potuisse superari dixerò, itaq; dis-
 cedã ab ea contentione, ad quam tu me vocas: & ve-
 7 nam ad illam, ad quam me caussa ipsa deducit. *
 Quid, tu non inanem dignitatis iudicem putas esse
 populũ? forte nonnunquã est: vtinam verò semper
 esset: sed est perrarũ, & si quãdo est, in ijs magistra-
 tibus est mandandis, quibus salutem suam committi
 putat. his leuioribus comit ijs, diligentia, & gratia
 petitorum honos paritur, non ijs ornamentis, quæ es-
 se in te videmus. nam quod ad populum pertinet, sē-
 per dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut
 fauet, quanquam nihil potes in te, Laterensis, con-
 8 stituere, quod sit propriũ laudis tue; quin id tibi sit
 commune cum Plancio. * sed hoc totum agetur alio
 loco, nunc tantũ disputo de iure populi: qui & po-
 test, & solet nonnunquã dignos præterire: nec, si à
 populo præteritus est, quẽ non oportuit, à iudicibus
 cõdemnãdus est, qui præteritus non est. nã si ita esset,
 quod patres apud maiores nostros tenere nõ potue-
 rũt, vt reprehensores essent comitiorum, id haberẽt
 iudices, vel quòd multò etiã minus est ferendũ. tum
 enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si pa-
 tres auctores non erãt facti: nũc postulatur à vobis,
 vt eius exilio, qui creatus sit, iudicium populi Ro. ve-
 prehendatis. itaque quanquam, qua volui ianua sũ
 ingressus in caussam, sperare videor, tantum abfu-
 9 xuram esse orationem meam à minima suspicio-
 ne of-

PRO CN

ur p[ro]p[ri]o me, te v[er]o
 nam in s[er]uim[en]t[is] a
 p[ro]p[ri]am v[er]o co[n]s[er]u
 uentiam, tu in d[omi]n[is]
 uatem. tu in no[n] e[st]
 n[on] ad illu[m] non s[er]u[er]e
 p[ro]p[ri]at[is] pot[est]at[is] v[er]o
 ite d[is]s[er]uam. s[er]u[er]e
 uitate v[er]o hon[or]is
 dignum ad illu[m] a
 totum p[ro]p[ri]am, q[ui]
 populo iudicatu[m]
 iudic[is] semper p[ro]
 tua, cedit p[ro]p[ri]a
 bitus dem[on]strat
 em[en]t[is] d[omi]n[is] ad
 quam, & quada[m]
 censuram in vulg[ar]i
 ligitia: semper q[ui]
 ferenda, non s[er]u[er]
 te ad illu[m] p[ro]p[ri]a
 petitoru[m] accusat[is]
 de quo ita tecum
 dignitate tua: se
 à quo es victus.
 culpa est in quo
 p[ro]p[ri]am ad illu[m]
 ellandit a illa, n[on]
 suffragium f[er]re a
 r[ati]o[n]em, quam

PRO CN. PLANCIO.

ne offensionis tuae, te ut potius oburgem, quod iniquum in discrimen adducas dignitatem tuam, quam ut ego eam vlla contumelia coner attingere. * tu continentiam, tu industriam, tu animum in reip. tu vir utem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quod adilis non sis factus, si actos esse & abiectos, & repudiatos putas, vide tandem, Laterensis, quantum a te dissentiam. si medius fidius decem soli essent in civitate viri boni, sapientes, iusti, graues, qui te indignum adilitate iudicauissent: grauius de te iudicatum putarem, quam est hoc, quod tu in tuus, ne a populo iudicatum esse videatur. non enim comitibus iudicat semper populus, sed mouetur plerumq; gratia, cedit precibus, facit eos a quibus est maxime ambitus: deniq; si iudicat, non delectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate, non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discretio, non diligentia: semperq; sapientes ea, qua populus fecisset, ferenda, non semper laudanda duxerunt. quare cum te adile fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. * at fueris dignior, quam Plancius: de quo ita tecum contendam paulo post, ut conseruē dignitatem tuam: sed ut fueris dignior: non competitor, a quo es victus, sed populus, a quo es prateritus, in culpa est in quo primum illud debes putare, comitibus, praesertim adilitibus, studium esse populi, non iudicium: eblaudit a illa, non enucleata esse suffragia: eos, qui suffragium ferant, quid deniq; ipsi debeant, considerare. sepius, quam quid cuique a reip. videatur deberi.

ORATIO.

11 *fin autem maius esse iudiciū, non tibi id rescindendū est, sed ferendum. * male iudicauit populus: at iudicauit, non debuit, at potuit, non sero: at multi clarissimi, & sapientissimi ciues tulerunt, est enim cōditio liberorū populorū, præcipueq; huius principis populi, & omnium gentium domini atq; victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrabere, quod velit cuiq; nostrum autem est, qui in hac tempestate populi iactemur, ac fluctibus ferre modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni non putemus, non seruire populo:*

12 *fin eos expetimus, non desatigari supplicando. Venio iam ad ipsius populi partes, vt illius contra te oratione potius, quàm mea disputem, qui si tecum congregatur, & si vna voce loqui possit, hæc dicat: ego tibi, Laterensis, Plancium non anteposui: sed, cum essetis aequè boni viri, meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quàm ad eū, qui mihi non nimis submissè supplicabat. respondebis, credo, te splendore, & vetustate familia fretū, non valdè ambiendum putasse. At verò te ille ad sua instituta, suorumq; maiorum exempla reuocabit. semper se dicit rogari voluisse, si per placuisse: M. Scium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumè à calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni prætulisse: praeposuisse se Q. Catulo in sūma familia nato, sapientissimo & sanctissimo viro, non dico C. Serenum, subtilissimum hominem, (sunt enim & animi satis magni, & consilij) sed Cn. Manlium,*

non

PRO C

...siam ignobilis em
...na etiam
...te, inquit, ac
...nam, quam focos,
...non plus intererat,
...sunt am-derinde siten
...cetera reliqua
...temporibus p
...inquit ebat, quam
...iudicalli, tantu
...te virtute tua dubi
...quod magis intelli
...ego quoque, inquit
...caus, ad que tu te
...gistratum, tu quo
...diles, quis magis ex
...ant si, quod mea
...teletat, reddam tibi
...reter perenti, sed
...qui aeterna cōsequa
...nè diligentius su
...na verò, Lateren
...iudicem quere e,
...siquotie (cumque po
...pererit, toties ope
...demari: nihil tam
...bi quod direpeto,
...reum, remittam t
...vt qui sum profectio
...sulari est, ille p

PRO CN. PLANCIO.

non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta ac sordida. * desiderant te, inquit, oculi mei, tum tu esses Cyrinus: me enim, quam socios, tua frui virtute malebam, & quod plus intererat, eò plus aberas à me: certè non videbam: deinde sitientem me virtutis tua de seruisti, ac dereliquisti: caperas enim petere tribunatū pleb. temporibus ijs, quæ istam eloquentiam, & virtutē requirebant, quam petitionē cum reliquisses, si hoc iudicasti, tanta in tempestate gubernare non posse, de virtute tua dubitavi: si nolle, de voluntate: si, quod magis intelligo, temporibus te alijs reseruasti, ego quoque, inquam, & resp. ad ea tempora te reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. per te igitur eū magistratum, in quo mihi magna utilitati esse possit, ediles quicumque erunt, idem mihi quod ostenderas: aut si, quod mea minus interest, id te magis fortè delectat, reddam tibi istam adilitatem etiam negligerenter petenti. sed amplissimos honores, vt pro dignitate tua cōsequare condiscas censeo, mihi paulo antè diligentius supplicare. * hac populi oratio est: mea verò, Laterensis hac: quare victus sis, nō debere iudicem querere, modò ne largitione sis victus. nam si, quotiescuque præteritus erit is, qui non debuerit præteriri: toties oportebit eum, qui factus erit, condemnari: nihil iam est, quod populo supplicetur, nihil quod direptio, nihil quod supplicatio magistratum, renuntiatio suffragiorum expectetur. simul vt qui sint professi, video quid dicam. * hic familia cōsulari est, ille prætoriam: reliquos video esse ex eque-

13

14

ORATIO

stri loco: sunt omnes sine macula, sunt aequè boni vi-
 ri, atq; in egrî: si d. seruari necesse est gradum. cedat
 consulari generi pratorium, nec cõtendat cum pra-
 torio equester locus: sublata sunt studia. extinctæ
 suffragationes, nullæ cõtentione, nulla libertas pop-
 li: in mandandis magistratibus, nulla expectatio
 suffragiorû: nihil, vt plerunque euenit, præter opi-
 nionem accidet: nulla erit posthac varietas comitia-
 rum, sin hoc per sepe accidit, vt & factos aliquos &
 non factos esse miremur: si campus atque ille vnda
 comitorum, vt mare profundum, & immensum, sic
 efferuefcunt quodâ quasi aestu, vt ad alios a cedant,
 ab alijs autem recedant: in tanto nos impetu studio-
 rum, & motu temeritatis, modum aliquem & consi-
 46 lîlium & rationem requiramus? quare noli me ad
 contentionem vestram reuocare, Laterensis. etenim
 si populo gratia est tabella, quæ frontes aperit homi-
 num, mentes tegit: datq; eam libertatē, vt quod ve-
 lint, faciant: promittant autem, quod rogentur: cur
 tu in iudicio exprimis, quod non sit in campo? hic,
 quàm ille, dignior, perquam graue est dictu. quo mo-
 do igitur est æquum? sic credo, (quod agitur, quod sa-
 ritu est iudici) hic factus est. cur iste potius, quam ego?
 vel nescio, vel non dico, vel denique, quod mihi gra-
 uissimum esset dicere, sed impudētamen deberem
 dicere, non rectè: nam quid assequer. si illa extre-
 ma defensione vterer, populum quod voluisset, fecis-
 se, non quod debuisset? quid, si populi quoque fa-
 47 ctum defendo, Laterensis, & doceo Cn. Plancium
 non obrepfisse ad honorem, sed eo venisse cur su, qui
 sem-

PRO C

semper patuerit
 ratione eripere
 quæ tractat
 ad causam crim
 inani siam est
 quatum Rom. filii
 tamen miter
 qui languere a te
 scior in turba
 na Sacra tia
 poplor: sed cum
 incedit. tu neq
 neque dicit A. P
 meo: & ab eo
 qui inter sum
 sed tamen hac
 vestri familiae
 cum non confic
 go, quæm ego a
 consulat petito
 sa, qua de pua
 feramus. est tu
 lere: non dubit
 nobilitati, qui
 magnosius, qui
 lenfecerunt: equ
 ti sunt, qui nobi
 culat: etenim a
 generi veni ampu

PRO CN. PLANCIO.

semper patuerit omnibus hoc nostro equestri loco
 possumne eripere orationi tua contentionem ve-
 stram, qua tractari sine contumelia non potest, &
 te ad causam crimenque deducere? si, quod equitis
 Romani filius est, inferior esse debuit: omnes tecum
 equitum Rom. filij petiuerunt. nihil dico amplius:
 hoc tamen miror, cur tu huic potissimum irascere,
 qui longissime à te absuit. equidem, si quando, vt
 fit, actor in turba, non illum accuso, qui est in sum-
 ma Sacra via, cum ego ad Fabianum fornicem
 impellor: sed eum, qui in me ipsum incurrit, atque
 incidit. tu neque Q. Pedio, forti viro, succenses,
 neque huic A. Plotio, ornatissimo homini, familiari
 meo: & ab eo, qui hos dimouit, potius, quam ab ijs,
 qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas. 18
 sed tamen hac tibi est prima cum Plancio generis
 vestri familiarique contentio, qua abs te vincitur: cur
 enim non confitear, quod necesse est? sed nō hic ma-
 gis, quam ego à meis competitoribus & alijs, & in
 consulatus petitione vincebar. sed vide, ne hac ip-
 sa, qua despicias, huic suffragata sint: sic enim con-
 feramus. est tuum nomen vtraque familia consu-
 lare: non dubitas igitur, quin omnes, qui fauent
 nobilitati, qui id putant esse pulcherrimum, qui i-
 maginibus, qui nominibus vestris ducuntur, te ad i-
 lem fecerint: equidem non dubito, sed si parum mul-
 ti sunt, qui nobilitatem ament: num ista est nostra
 culpa? etenim ad caput, & ad fontem vtriusque
 generis veniamus. & tu es ex municio antiquissimo 19
 Tuscu-

ORATIO

Tusculano, ex quo plurimæ familiae sunt consulari-
 res, in quibus est etiam Iuuentia, quot è reliquis
 municipijs omnibus non sunt: hic est è præfectura
 Atinati, non tam prisca, non tam honorata, non
 tam suburbana. quantum interesse vis ad rationem
 petendi? primum utrum magis fauere putas Ati-
 nates, an Tusculanos suis? alteri (scire enim hoc
 propter vicinitatem facile possum) cum huius or-
 natissimi atque optimi viri C. Saturnini patrem
 adilem, cum prætorem viderunt, quod primus ille
 non modò in eam familiam, sed etiam in præfectu-
 ram illam sellam curulem a tulisset, mirandum
 in modum letati sunt, alteros (credo quia refer-
 rum est municipium consularibus: nam male uolos
 non esse certè scio) nunquam intellexi vehemen-
 20 tius hospitum suorum honore letari. * habemus hoc
 nos, habent nostra municipia. quid ego de me, de
 fratre meo loqua? quorum honoribus agri propè
 dicam ipsi, non esque fauerunt. nam aliquando
 vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in o-
 mnium virtute principe num de T. Coruncano muni-
 cipe suo, num de tot Fabijs gloriari? verbum nemo
 facit. at in quemcunque Arpinatem incidere, et-
 iam si nolis, erit tamen tibi sortasse de nobis ali-
 quid, aliquid & de C. Mario audiendum. primum
 igitur hic habuit studia suo: un ardentia. tu tan-
 ta quanta in hominibus iam saturatis honoribus
 21 esse potuerunt. * deinde tui municipes sunt illi
 quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci,
 siqui-

PRO C

idem cum atin
 larapla v
 na Italia frequen
 me: multitudine
 : lictu iupplicem
 arari? nam pl
 nita comiti? ad
 seu huius petron
 teminam de equ
 tm, sed oculorum
 lissam, & asidua
 municipia. omnia
 ter mouentur.
 expertus in nobis
 bus laudanda est
 tentus veterem
 malevolentia, non
 non fallax, non er
 solorano, vel ci
 hanc ostendit. ne
 legimus: totus ille
 aliam, tota dex
 at speliu, & simpl
 tu honore ornari
 tar: ysaemque
 2. publice cum leg
 nant sunt salu
 tem: si grauius
 geri dignitate. *

PRO CN. PLANCIO.

siquidem cum Atinatus conferantur. huius praefectura plena virorum fort. & morum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. quam quidem nunc multitudinem videtis, iudices, in squalore, & luctu supplicem vobis. hi tot equites R. tot tribum erarij (nam plebem à iudicio dimisimus, quae cuncta comitijs adsunt) quid roboris, quid dignitatis huius petitioni attulerunt? non enim tribum Terentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam, & robustam, & assiduam frequentiam praebuere: iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur. omnia quae dico de Plancio, dico ²² experius in nobis: sumus enim finitimi Atinatis. laudanda est, vel etiam amanda vicinitas, retinens veterem illum esse morem, non infuscata malevolentia, non assuetam mendaciam, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, vel suburbano, vel etiam urbano. nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus, nemo Casinas, nemo Aquinas: totus ille tractus celeberrimus Venafranco Allifanus, tota denique nostra illa aspera & motosa, at fidelis, & simplex, & fauorifica suo in regio se huius honore ornari, se augeri dignitate arbitrabatur: iisdemque nunc à municipijs adsunt equites R. publice cum legationis testimonio: nec minore nunc sunt solitudine, quam tum erant studio: etenim est grauius spoliari fortunam, quam non augeri dignitate. ergo ut alia in te erant illustriore ²³

ORATIO

ra, Laterensis, qua tibi maiores tui reliquerant:
 sic te Plancius hoc non solum municipij, verum et-
 iam viciniam genere vincebat, nisi forte te Lau-
 cana, aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuua-
 bat. quibus è municipijs vix iam, qui carnem Lati-
 nis petant, inueniuntur. Adiuuam, si vis, id quod
 tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum,
 qui ordo quarto adiuuamento fit in honore, qui ne-
 scit? flos enim equitum Ro. ornamentum civitatis,
 firmamentum reip. publicanorum ordine conti-
 netur. * quis est ergo, qui neget, ordinis eius stu-
 dium fuisse in honore Plancij singulare? neque in-
 iuria: vel quod erat pater is, qui est princeps iam-
 diu publicanorum: vel quod is à socijs vni è dili-
 gebatur: vel quod diligentissime rogabat: vel quia
 pro filio supplicabat: vel quia huius ipsius in illum
 ordinem summa officia quaestura, tribunatu quo
 constabant: vel quod illi in hoc ornando, ordinem
 se ornare, & consulere liberis suis arbitrabantur.
 aliquid praterea (timide dico, sed tamen dicen-
 dum est) non enim opibus, non inuidiosa gratia, non
 potentia vix ferenda, sed commemoratione bene-
 ficij, sed misericordia, sed precibus aliquid at-
 tulimus etiam nos. appellavi populum: tribubus
 submisi me, & supplicavi: vltro me hercule se mi-
 hi etiam offerentes, vltro pollicentes rogavi. valuit
 25 causa rogandi, non gratia. * nec si vir amplissimus,
 cui nihil est, quod roganti concedi non iure possit,
 de aliquo, vt dicis, non impetrauit, ego sum arro-
 gans.

PRO CN

ter, quod me valis
 ad ego pro la
 rogato ipsa
 quo necessitudin
 rogatum, vt peter
 meo, quia vni
 plurimum esse
 ipse meo, non p
 omnia gratia sa
 et, nemo in iura d
 cordia gratia su
 neum C. Plancio
 catum peteret vl
 honori fuisse,
 profuisse: an Min
 è tanti errore at
 nor, quod recto
 factibusque recrea
 ruit, quod nauigium
 em terram cam,
 utique omnibus p
 restantur: Plancio
 none cederem temp
 ribus & senatus
 diceret, conferre
 lia, virtute fuisse
 Ca. Plancij, de quib.
 ca vita, de qua
 ta, hinc honori sui

PRO CN. PLANCIO.

gans, quod me valuisse dico. nam vt omittam illud,
 quod ego pro eo laborabam. qui valebat ipse per se-
 se: rogatio ipsa semper est gratiosissima, qua est
 officio necessitudinis coniuncta maxime. neque ego
 sic rogabam, vt petere viderer, quia familiaris es-
 set meus, quia vicinus, quia huius parente sem-
 per plurimum esse in usus, sed vt quasi parenti &
 custodi meo, non potentia mea, sed causa roga-
 tionis fuit gratiosa. nemo me restitutione latatus
 est, nemo iniuria doluit, cui non huius in me mise-
 ricordia grata fuerit. * etenim si antè reditum 26
 meum C. Plancio se vulgo viri boni, cum hic tribu-
 natum peteret vltro offerebant: cui nomen mei in
 honori fuisset, ei mea presentis praesens non putas
 profuisse? an Minturnenses coloni, quod C. Marium
 è civili errore atque ex impijs manibus eripue-
 runt, quod lecto receperunt, quod fessum inedia
 fluctibusque recrearunt, quod viaticum congesse-
 runt, quod nauigium dederunt, quod eum linquen-
 tem terram eam, quam seruauerat, lachrymis
 votisque omnibus prosecuti sunt, aeterna in laude
 versantur: Plancio, quod me vel vi pulsum, vel rati-
 one cedentem tempori receperit, inuenerit, custodit-
 rit, his & senatus populog, Ro. vt haberet quod re-
 duceret, conseruauit, honori hanc fidem, misericor-
 dia, virtutè fuisse mirauit? * vitia, mehercule, res ha 27
 Cn. Placii, de quib. dixi, tergre potuerunt: nec tu in
 ea vita, de qua iam dicam, tot & tanta adiumen-
 ta, huic honori fuisse mirere. His est enim, qui ado-
 lescentia

le scentulus cum A. Torquato profectus in Africam,
 sic ab illo grauisimo & sanctissimo, atque omni
 laude & honore dignissimo viro dilectus est, vt &
 contubernij necessitudo, & adolescentuli mode-
 stissimi pudor postulabat: quod si adesset, non mi-
 nus ille declararet, quam hic filius frater patrue-
 lis, & socer, T. Torquatus illi omni virtute & lau-
 de par, qui est quidem cum illo maximis vinculis
 & propinquitatis, & affinitatis coniunctus, sed ita
 magni amoris, vt, illa necessitudo causa leues es-
 se videantur. fuit in Creta postea contubernalis
 Saturnini, propinqui sui, miles huius Q. Metlli.
 quibus cum fuerit probatissimus, hodieque sit, om-
 nibus esse probatum debet sperare. in ea prouincia
 legatus fuit C. Sacerdos, qua virtute, qua con-
 stantia vir? L. Flaccus, qui homo? qui cuius? qualem
 hunc putent, assiduitate testimonioque declarant.
 28* in Macedon: a tribunus militum fuit: in eadem
 prouincia postea quaestor. primum Macedoni a sic
 eum diligit, vt indicant hi principes ciuitatum
 suarum: qui cum missi sint ob aliam causam, ta-
 men huius repentino periculo commoti huic assi-
 dent, pro hoc laborant: hinc si praesid fuerint, gra-
 tias se ciuitatibus suis facturos putant, quam si
 legationem, & mandata sua confecerint. L. vero
 Apuleius hunc tantum facit, vt morem illum maio-
 rum, qui praescribit in parentum loco quaestoribus
 suis praetores esse oportere, officijs beneuolentiaque
 superarit. tribunus plebis fuit, non fortasse tam
 vehe-

demus, quam isti
 sic, quales si a
 illorum veheme
 tate minus neces
 saria, laudantur
 tate, (nam meo
 omnium virorum
 neque enim multo
 vt sedalem, vt fr
 an parat, cum aff
 in Cn. Sacerdotio
 am honoris huius
 tatis lectus so
 mibi in huius per
 tot vris talibus
 hac sunt indicia
 tis, hac signa pro
 ad domesticos mult
 cur satis, & blan
 trectatur: procul
 canis sumitur. *
 omnem, quem e
 illis rebus infero
 no dico, superio
 quetatem studi
 patris virtute, im
 cum esse mirari
 las aspergi istis: ad
 modo nemine, sed

PRO CN. PLANCIO.

vehemens, quàm isti, quos tu iure laudas: sed certe
 talis. quales si omnes semper fuissent, nunquam
 desideratus vehemens esset tribunus. * omitto illa, 29
 quæ si minus necessaria sunt, at certe, cum sunt
 prolata, laudantur: ut viuat cum suis, primum cum
 parente, (nam meo iudicio pietas fundamentum
 est omnium virtutum) quem veretur ut deum;
 (neque enim multo secus parens liberis) amat ve-
 ro, ut sodalem, ut fratrem, ut æqualem, quid dicam
 cum patruo? cum affinibus? cum propinquis? cum
 hoc Cn. Saturnino, ornatissimo viro? cuius quan-
 tam honoris huius cupiditatem fuisse creditis, cum
 videatis luctus societatem? quid de me dicam? qui
 mihi in huius periculo reus esse videor? quid de his
 tot viris talibus, quos videtis veste mutata? at qui
 hæc sunt indicia solida, iudices, & expressa virtu-
 tis, hæc signa probitatis, non sucat a forensi specie,
 sed domesticis inusta notis veritatis: facilis est illa
 occasio, & blanditia popularis: aspicitur, non
 atrectatur: procul apparet, non excutitur, non in
 manus sumitur. * omnibus igitur rebus ornatum 30
 hominem, quem externis, quem domesticis non-
 nullis rebus inferiorem quàm te, generis & nomi-
 nis dico, superiorem alijs, municipum, vicinorum,
 societatum studio, temporum meorum memoria,
 patris virtute, integritate, modestia, adilem fa-
 ctum esse miraris: hunc tu vitæ splendorem macu-
 lis aspergis istis? iacis adulteria, quæ nemo non
 modo nomine, sed ne suspicione quidem possit agno-
 scere?

Pp



ORATIO

scere? maritum appellas, ut verba fingas, non solum
 crimina: ductum esse ab eo in prouinciam al: quem
 dicis libidinis causa: quod non crimen est in reo,
 sed impudicam in maledico mendacium, raprans
 esse mundam, quod dicitur Atina factum à iuue-
 ne, vetere quodam in scenicos iure, maximeque
 31 oppidano. ò adolescentiam tractam eleganter,
 cui quidem cum, quod licuerit, obijciatur: tamen
 id ipsum falsum reperitur. Emissus aliquis è car-
 cere, & quidem emissus (ut cognostis) necessarij
 hominis, optimique adolescentis rogatu: idem pos-
 stea pratoris mandatis requisitus, atque hac, nec
 vlla alia sunt comecta maledicta in eius vitam, de
 cuius vos pudore, religione, integritate dubitetis.
 pater vero, inquit, etiam obesse filio debet. ò vocem
 duram, atque indignam tua probitate, Latere sis.
 pater ut in iudicio capitis, pater ut in dimicatione
 fortunarū, pater ut apud tales viros obesse filio de-
 beat? qui si esset turpissimus, sordidissimus: amē ipso
 nomine patrio valeret apud clementes iudices &
 misericordes, valeret, inquam, communi sentu om-
 nium, & dulcissima commendatione natura.*
 32 sed cum sit Cn. Plautius is eques Ro. ea primum ve-
 rustate equestris ordinis, ut pater, ut auus, ut ma-
 ior es eius omnes equites Ro. fuerint, summum in
 praefectura florentissima gradum tenuerint & di-
 gnitatis, & gratiae: deinde, ut ipse legionibus P.
 Crassi imperatoris inter ornatissimos homines,
 equites, Rom. summo splendore fuerit: ut postea
 prim-

PROEN

repter suas plor
 distans index
 cor marum mag
 am reprehensum
 a berit bone H
 honestum & ad
 vel gratia possit
 aliquid aliquand
 in, inquit, non e
 ant, qui queru
 re non possit. vi
 nū vbi illa antiq
 nibus, extollere
 ta se erigere debe
 omnes volissim
 Scandalum, ver
 egritate praefate
 re dicit a commemo
 amicus medra in for
 ma descendens ro
 et an quod auctin
 ob legiones. idem
 Druso, sed milit
 lic affert, ut fit, d
 quomodo vero tu D
 H. Antony volu
 perfrinxit impug
 erogantia ciuitat
 omi in tradendo,

PRO C. N. PLANCIO.

princeps inter suos, plurimarum rerum sanctissimus
 & iustissimus iudex, maximarum societatum au-
 ctor, plurimarum magister: si non modò in combil
 ynquam reprehensum, sed laudata sunt omnia, ta-
 men is oberit honestissimo filio pater, qui vel mi-
 nus honestum & alienum tueri vel auctoritate
 sua, vel gratia possit? * asperius, inquit, locutus 33
 est aliquid aliquando. imò fortasse liberius. at id ip-
 sum, inquit, non est ferendum. ergo hi feren-
 di sunt, qui queruntur libertatem equitis Rom. se
 ferre non posse? vbinam ille mos? vbi illa aequitas
 uris? vbi illa antiqua libertas, qua malis oppressa
 ciuilibus, extollere iam caput, & aliquando recre-
 ata se erigere debebat? equitum ego R. etiam in
 homines nobilissimos maledicta publicanorum in
 Q. Scauolam, virum omnibus ingenio, iustitia,
 integritate praestantem, asperè, & ferociter, & li-
 bere dicta commemorem? consuli P. Nasica praeco
 Granium medio in foro, cum ille edicto iustitio do-
 mum descendens rogasset Granium, quid tristis
 esset? an quod auctiones essent? imò verò, inquit,
 quod legiones. idem tribuno pl. potētissimo homini,
 M. Druso, sed multa in rep. molienti, cum ille eū
 salutasset, vt fir, dixissetq;, quid agis Grani? respō-
 dit, imò verò tu Druse quid agis? ill. L. Crasti, ille
 M. Antonij voluntatem asperioribus facetijs sape
 perstrinxit impure. nunc vsque ad oppressa vestra
 arrogantia ciuitas est, vt, quae fuit olim pra-
 conii in videndo, nunc equi: Rom. in plorando

ORATIO

34 non sit concessa libertas. * que enim unquam fuit
 Plancio vox contumelie potius, quam doloris? quid
 est autem unquam questus, nisi cum a socijs. & à
 se iniuriã propulsaret? cum senatus impediretur,
 quo minus id, quod hostibus sen per erat tributum,
 responsum equitibus Rom. redderetur: omnibus
 illa iniuria dolori publicanis fuit: sed eum ipsum
 dolorem hic turit paulo apertius. * communis ille
 sensus in alijs fortasse latuit: hic, quod, cum ca-
 teris animo sentiebat, id magis, quam ceteri, &
 35 vultu promptum habuit, & lingua. * quanquam,
 iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plan-
 cium, que ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur,
 ego quia dico aliquid aliquando non studio addu-
 ctus, sed contentione dicendi, aut lacepsit: &
 quia, ut fit in multis, exit aliquando aliquid, si
 non perfacetum, attamen fortasse non rusticum:
 quod quisque dixit, me id dixisse dicunt. ego au-
 tem, si quid est, quod mihi scitum esse videatur, &
 homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor:
 stomacho vero cum aliorum non me digna in me
 conferuntur. Nam quid primus sciuit legem de
 publicanis, tum cum vir amplissimus consul id illi
 ordine per populum dedit, quod per senatum si li-
 cuiisset: dedisset: si in meo crimen est, quia suffragiũ
 tulit, quis non tulit publicanus? si quia primum sci-
 uit, virum id sortis esse vis, an eius qui illam legem
 ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu: si
 consulis; splendor etiam Plancij; hunc à summo

virò

PROC

in principem erit
 veniam ad e
 que est de
 er: neque e
 edis: nos iudic
 xum si est aquam
 utellige, quam
 tribus edi voluer
 no editionem tra
 ho denique ambio
 allicum alterno
 ratio pretermitt
 nam patari.
 an & agrata
 & disputata be
 sui tam est senat
 conque ribus la
 ag: sit arum, qu
 am quisque tribu
 eum maxime p
 esse notum, ita
 rentur ea, quas
 lem fore esse
 mis dices sed tam
 ne esse cuique con
 alandum. tu aut
 ferentiam, ce
 peccatum est. & sui
 tribus venditorum

PRO CN. PLANCIO.

dro principem ordinis iudicatum.* Sed aliquan-
 co veniamus ad causam, in qua tu nomine legis Li-
 inæ, que est de sodalitatibus, omnes ambitus leges cõ-
 plexus es: neque enim quicquam aliud in hac lege
 nisi editicios iudices es secutus. quod genus iudi-
 ciorum si est æquum vlla in re, nisi hac tribuaria,
 non intelligo, quanobrem senatus hoc vno in gene-
 re tribus edi voluerit ab accusatore, neque ean-
 dem editionem transtulerit in ceteras causas: de
 ipso denique ambitu, de reiectione fieri voluerit
 iudicium alternorum: cumque nullum genus acer-
 bitatis prætermitteret, hoc tamen vnum prætere-
 undum putarit.* quid? huius rei obscura causa 37
 est, an & agitata, cum ista in senatu res agebatur,
 & disputata hesternò die copiosius à Q. Hortensio?
 cui tum est senatus offensus. hoc igitur sensimus: cu-
 iuscunque tribus largitor esset, & per consensionem
 magistratum, que honestè & sodalitas nominatur,
 quam quisque tribus turpi largitione corrumpere-
 ret, eum maximè ijs hominibus, qui eius tribus es-
 sent, esse notum, ita putauit senatus, cum reo tribus
 ederentur ea, quas is largitione deuinctas haberet,
 eosdem fore testes & iudices. acerbum omnino ge-
 nus iudicij: sed tamen, si vel sua, vel ea, qua maxi-
 mè esset cuique coniuncta, tribus ederetur, vix re-
 cusandum.* tu autem Laterensis, quas tribus edi- 38
 sti? Terentinam, credo fuit id æquum, & cerè ex-
 pectatum est, & fuit dignum constantia tua. uius tu
 tribus venditorem, & corruptorem, & sequestrem

PRO CN. PLANCIO.

nem, aut tu ita errasti, ut eos ederes imprudens, ut nos invito te, tamē ad iudices, non ad carnifices veniremus: iccirco ista editio per se non acerba est: an verò nuper clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerūt, n̄ eo CXXV. iudicibus, principib. equestris ordinis, quinq; & LXX. reus reijceret, L. reseret: omniaq; potius permiscuerunt, quàm ei legi conditioniq; parerem: nos neq; ex uelictis iudicibus, sed ex omni populo neq; editos ad reijciendum, sed ab accusatore cōstitutos iudices ita feremus, ut neminē reijciamus: neq; ego nūc legis iniquitatem queror, ²⁴ sed factum tuum à sententia legis doceo discrepare: & illum acerbum iudicium, si quem admodum senatus censuit, populūq; iussit, ita fecisses, ut in hunc & suā & ab hoc obseruatas ederes, non modò non quererer, sed hūc, iudicibus editis, qui testes iūdem esse possent, absolutum putarem. neque nunc multò secus existimor: cum enim has tribus edidisti, ignotus te iudicibus uti malle, quàm notis, indicauisti: fugisti sententiam legis, equitatem omnem reieicisti: in tenebris, quàm in luce, causam versari maluisti. * Volitina tribus ab hoc corrupta, Terentianam habuerat venalem. quid diceret apud Volitiniense, aut tribules suos iudices: modò verò tu quid diceres? quem iudicem ex illis, aut tacitum testem haberes, aut verò etiā excitares? etenim si reus tribus ederet, Volitiniam fortasse Plancius propter vicinitatem, ac necessitudinem suā non edidisset: & si quaestor edendus fuisset, quē tandem potius, quàm hūc C. Alsum? quē habet, cui notissimus esse debet,

Plancium, tribulem, grauisimum hominem, iustissimumque, edidisset? cuius quidem aequitas, & mea similis voluntas erga Cn. Plancij salutem, quam ille sine vlla cupiditatis suspitione pro se fert, facile declarat, non fuisse fugiendum tribulem huic iudicē, cui quaestorem tribulē exoptandum fuisse videatis.

44

* neque ego nunc consilium reprehendorum, quod non eas tribus, quibus hic maxime notus erat, edideris: sed a te doceo consilium non seruatum senatus. etenim quis te tum audiret illorum? aut quid diceret? sequestrē Plancium? respuerent aures, nemo cognosceret, repudiaretur. an gratiosum? illi libenter audirent, nos non timide confiteremur: noli enim imputare, Laterensis legibus istis, quas senatus de ambitu sancire voluerit, id esse actū, ut suffragatio, ut obseruantia, ut gratia tolleretur. semper fuerunt boni viri, qui apud tribules suos gratiosi esse vellent.

45

* neque, verò tam durus in plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica liberalitate noluerit: neque hoc liberis nostris interdendum est, ne obseruent tribules suos, ne diligant, ne rescicere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab his munus in sua petitione respectent: hac enim plena sunt officij, plena obseruantia, plena etiā antiquitatis. isto in genere & fuimus ipsi, cum ambitionis nostra tempora postulabant, & clarissimos viros esse vidimus, & hodie esse videmus quā plurimos gratiosos. Decuratio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuncta, seueritatem senatus, & bonorum omnium vim ac dolorē excitarunt. hac doce, hac profer, huc incum-

PRO CN. PLANCIO.

incumbe, Laterensis, decuria esse Plancium, conscrip-
 pisse, sequestrum fuisse, pronunciasse, diuisisse, tum
 mirabor te his armis uti, quae tibi lex dabat, noluisse.
 tribulibus enim iudicibus, non modò seueritatem
 illorum, si ista vera sunt, sed ne vultus quidem ferre
 possemus. * hanc turationem cum fugeris, cumq; 46
 hos iudices habere nolueris, quorum in huius delicto
 cum scientia certissima, tum dolor grauissimus esse
 debuerit, quid apud hos dices, qui abs te taciti re-
 quirunt, cur hoc sibi oneris imposueris, cur se potissi-
 mū delegeris, cur deniq; se diuinare malueris, quàm
 eos, qui scirent, iudicare? ego Plancium, Laterensis,
 & ipsū gratiosum esse dico, & habuisse in petitione
 multos cupidos sui gratiosos: quos tu si sodales
 vocas, officiosam amicitia nomine inquinans crimi-
 noso, sin, quia gratiosi sunt, accusandos putas: noli
 mirari te id, quod tua dignitas postularit, repudiā-
 dis gratiosorum amicitijs, non esse assecutum. * iam 47
 ut ego doceo gratiosum esse tribulibus Plancium,
 quòd multis benignè fecerit, pro multis sponderit,
 in operas plurimos patris auctoritate & gratia mi-
 serit, quòd deniq; omnibus officijs per se, per patrem,
 per maiores suos totam Atnatem praefecturam cõ-
 prehenderit: sic tu doce sequestrum fuisse, largitum
 esse, cõscripsisse, tribules decuriauisse. quòd si non po-
 tes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatem, noli
 maleficium putare esse gratiam, noli obseruantiam
 sancire pœna. uaque hæsitatem te in hoc sodaliti-
 orum tribuario crimine ad cõmunem ambitus causã
 contulisti, in qua desinamus aliquando (si videtur)

ORATIO

48 vulgari & perunlgata declamatione contendere: sis
 en: in tecum ago. * quam tibi commodum est, vnam
 ir: bum delege tu: doce id, quod debes, per quem se-
 questrem, quo diuisere cor: upta sit: ego, si id facere
 non potueris, quod, ut opinio mea fert, ne incipies
 quidem, per quem tulerit; docebo. estne hac vera
 contentio? placet ne sic agi? non possum magis pedem
 conferre (vt aiunt) aut propius accedere. quid taces?
 quid dissimulas? quid reuigueris? etiã atq; etiã
 insto, atque vrgeo, insector, posco, atq; adeo flagito
 crimen. quamcumq; tribum, inquam, delegeris, quã
 tulerit Plancius: tu ostendito, si poteris vitium: ego,
 quã ratione tulerit, docebo. nec erit hac alia ratio
 Plancio, ac Laterensi. nam vt quas tribus tu tulisti,
 si iam ex te requiram, possis, quorum studio tuleris,
 explicare: sic ego hoc contendo, me tibi ipsi aduersa-
 rio, cuiuscumq; tribus rationem poposceris, redditu-
 rum. * sed cur ego sic ago? quasi non comitibus iam su-
 perioribus sit Plancius designatus adile qua comitia
 primam habere cepit consul, tum omnibus in re-
 bus summa auctoritate, tum harum ipsarum legum
 ambitus auctor: deinde habere cepit subito, prater
 opinionem omnium: vt ne si cogitasset quidem quis-
 piam largiri, daretur spatium comparandi, vocata
 tribus, latum suffragium, descripta, renunciata.
 longè p'urimum valuit Plancius. nulla largitionis,
 nec fuit, nec esse potuit suspicio. an tandè vna cen-
 turia prerogatiua tantum habet auctoritatis, vt
 nemo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus
 sit: ita aut his ipsis comitibus consularibus, aut certè in
 illum

49

PRO

illum enim ad
 quoniam exigua
 vltima atq; ian
 tum triboe par
 prerogata? * qu
 facere voluisse
 quod multa nob
 illis sunt suffrag
 comitibus pro
 atq; hanc sup
 te conuersa
 nobilitas, me
 R. supp ex rep
 & magnitud
 quam adlit
 fiderate id, q
 vt honore dig
 comitibus, vt ex
 pleriq; primu
 se iucundus, qu
 benefici in auct
 quid magis in
 vno patris tuo
 atq; illud cau
 mus ab illis fa
 enim, pater tu
 nem, vno pat
 C. Claudio, ad
 se factu esse c
 conuictum,

PRO CN. PLANCIO.

illum annum adilem Plancium factum miraris, in
 quo non exigua pars populi, sed vniuersus populus
 voluntatē suam declararit, cuius in honore non v-
 nius tribus pars, sed comitia tota comitūs fuerint
 prerogata? * quo quidem tempore, si id Laterensis, 50
 facere voluisset, aut si grauitatis esse putas-
 set, quod multi nobiles sapē fecerunt, vt cum minus va-
 luissent suffragiis, quā putassent, postea prelati
 comitūs prosterneret se, & populo R. fracto animo,
 atq; humili supplicarent: non dubito, quin omnis ad
 te conuersura se fuerit multitudo: nunquam enim
 nobilitas, integra presertim atq; innocens, à populo
 R. supplex repudiata fuit. sed si tibi grauitas tua,
 & magnitudo animi pluris fuit, sicut esse debuit,
 quā adilitas, noli, cū habeas id, quod malueris de-
 siderare id, quod minori putaris. equidē primum,
 vt honore dignus esē, maximē semper laboraui: se-
 cundo, vt existimarer: tertium mihi fuit illud, quod
 plerisq; primū est, ipse honos: qui ijs deniq; debet es-
 se iucūdu, quorū dignitati populus R. testimoniū, nō
 beneficiū ambitioni dedit. * Quare etiā, Laterensis, 51
 quid imaginibus tuis, quid ornatisimo atq; optimo
 viro patri tuo respondeas mortuo? noli ista meditari,
 atq; illud caue potius, ne tua ista querela, dolorq; ni-
 minus ab illis sapientissimis viris reprehēdatur. vidit
 enim, pater tuus, Appiū Claudiū, nobilissimū homi-
 nem, viuo patre suo, potētissimo & clarissimo ciue,
 C. Claudio, adilem non esse factū, & eundē sine repul-
 sa factū esse consulem: vidit hominem sibi maximē
 coniunctum, egregium virū L. Volcatium: vidit M.
 Piſonem

ORATIO

Pisonem in ista adlitate offensacula accepta, sum-
 mos à populo Rom. esse honores adeptos. auus verò
 tuus & P. Nafica tibi additiampradicaret repul-
 sam, quo tunc nomine ego status in hac rep. fort. o-
 rem: & C. Marj, qui duabus adlilitatis acceptis re-
 pulsus, septies consul. factus: & L. Casaris, Cn O-
 & auj, M Tullij, quos omnes scimus adlilitate prate-
 ritos, consuli esse factos. sed quid ego adlilitatis re-
 pulsus colligo: quae sepe eiusmodi habita sunt, ut ijs,
 qui prater. ti essent, benignè à populo factū videre-
 tur. Tribunus militum, L. Philippus, summa nobili-
 tate, & eloquentia, quaestor Q. Coelius, clarissimus ac
 fortissimus adolescens, tribuni pl. P. Rutilus Rufus,
 C. Fimbria, C. Cassius, Cn. Orestes facti non sunt:
 quos tamen omnes consules factos scimus esse. quae
 tibi vltro pater, & maiores tui non consola-
 ndi gratia dicerent, neq. verò te liberent aliqua culpa,
 quam tu vereris, ne à te suscepta videatur: sed ut
 te ad iur. un. istum tenendum, quem à prima etate
 suscepisti, cohortentur: nihil est enim, mihi cre-
 de, Laterensis, de te detractum: detractum dico: si
 me hercule verè, quod accidit, interpretari velis, est
 aliquid. etiā de virtute significatum tua. noli enim
 existimare non magnum quendam motum fuisse il-
 lius petitionis tuae, de qua. ne aliquid iurares, desti-
 xisti, denunciasti homo adolescens, quid de summa
 reip. sentires fortis tu quidem, quàm nonnulli de-
 functi honoribus: sed apertius, quàm vel ambitionis,
 vel etatus tuae ratio postulabat. ⁵³ quamobrem in dis-
 sentiente populo noli putare nullos fuisse, quorum
 ani-

PRO

animi tuus illi
 cautum forti
 prudentem au
 mouebunt, an
 lito, inquit, qu
 cum Plotio tui
 si vna tribus no
 ne tot dem: qu
 comitis de cla
 suspitionem c
 maiores nost
 nisi viderent
 suffragij esse
 à Plotio, Ter
 nunc ad vtr
 quam conuen
 bos, quo tam
 suam ut hui
 dem, cum iam
 tior, & tenace
 gus: quasi ve
 quod posset ven
 ornati sumi, in
 in eu arripiss
 sues, plures t
 in ea tribu pū
 ducere, qui, qu
 aut tunc grat
 lad vero crime
 prebese esse de

PRO CN. PLANCIO.

animos tuus ille fortis animus offenderet: qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimoueri potuerit, providentem ante & precauentem nunquam certe mouebunt, an te illa argumenta duxerit? dubitabitis, inquit, quin coitio facta sit, cum tribus plerisque cum Plotio tulerit Plancius? an vna fieri potuerunt, si vna tribus non tulissent? cum nonnullas punctis penè totidem: quippe cum iam facti prope superioribus comitijs declaratiq; venissent. quanquam ne id quidem suspicionem coitionis habuerit: neq; enim vnquam maiores nostri fortitionem constitulissent adilitiam, nisi viderent accidere posse, vt competitores pares suffragij essent. * & au. prioribus comitijs Antiensè 54
à Plotio, Terentiam à Plancio tibi esse concessam: nunc ab utroq; eas auulsas, ne in angustum veniret. quam conuenit, nondum cognita populi voluntate, hos, quos iam tum coniunctos fuisse dicis. iacturam suarum tribu, quo vos adiuuaremini. secisse: eosdem, cum iam essent experti quid valerent, restrictos, & tenaces fuisse: etenim verebatur, credo angustias: quasi res in contentione, aut in discrimen aliquod posset venire. sed tamen tu an Plotium, virum ornatissimum, in idem crimen vocandum iudicias? an dicis eum arripuisse, à quo non sit rogatus? Nā quod questus es, plures testes habere de Volitina, quam quot in ea tribu puncta tulerit: iudicias, aut eo testes te adducere, qui, quia numos acceperint, te praterierint: aut tene gratuita quidem eorum suffragia tulisse. * il- 55
lud verò crimē de numis, quos in circo Flaminiodeprehensos esse dixisti, caluit re receri, nunc in causa re-

ORATIO

refrigit: neque enim, qui illi inimici fuerint, nec quibus, nec qui diuisor ostendens. atque is quidem adductus ad consules. qui tum in crimen vocabatur, se inquit atque saltatum, grauiter queritur, qui sic tu diuisor, praesertim eius, quem tu habebas reus: ut abs te reus non est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium prauidicij comparasti? sed neque tu habes hac, neque eis iudicis. alia teratio alia cogitatio ad spem: huius opprimendi exiit. magna sunt in te opes, late patet gratia: multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuae: multi huic invident: multi etiam patet, optimus vir, utinam testes equestris turis, & libertatis videtur: multi etiam inimici reorum omnium: qui a semper testimonium de ambitu dicunt, quasi aut mouerunt animos suis testimonijs, aut gratum populo Ro. sit, aut ab eo facilius ob eam causam, dignitate qua volunt, consequantur: quibuscumque me, iudices, pugnantem meo more pristino non videritis, non quod scias sit quicquam effugere, quod salus Plani non possit: sed quia neque necesse est me id persequi voce, quod vos mente videatis, & quod ita de me meriti sunt illi: ipsi, quos ego testes video paratos, ut eorum reprehensione vos vestra prudentia assumere, mea modestia remittere debeatis. illud vnum vos magnopere oro atque obsecro, iudices, cum huius, quem defendo, tum communis periculis causa, ne scilicet audituibus, ne disseminato dispersos sermoni, fortunam innocentium subyiciendas putetis: multi amici accusatori, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes obrectatores, atque omnium inuidi multum surrent, nihil est autem a vobis re quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur: neque ego, si fontem maledicti reperieris, ut negligatis, aut dissimuletis.

PRO

... non possit ab
... huius erit
... hinc, aut ita
... dicitur oblat
... memoria digni
... auditu te quid re
... no iam ad L. Co
... ne, ne illi quide
... mos & vortate,
... nia de plebe ad
... fessit a tribo res
... quis id nobis nar
... ut opinor, admi
... dis ante, iust at
... fiteat. & que
... oratio, digna
... amque sic ab h
... no. & huius
... qua dixit, que
... ipsi acule si qu
... mibi non negat
... te equitatis. si
... motes vram, an
... la consulari?
... quam in his an
... riores optant
... forte ille sicut
... ter demerit
... praecipere (qu
... ti) p. a. ille a
... dum est sen per
... tera. quibus
... ppi grauis ille
... illos repositi

PRO C. N. PLANCIO.

v^o nquam postulabo. sed si quid sine capite manabit,
 aut si quid erit eius nodi, vt non extet auctor, qui au-
 dierit, aut ita negligens vobis esse videbitur, vt vnde
 audierit oblitus sit: aut ita leuē habebit auctore, vt
 memoria dignū non putari: huius illa vox vulgaris
 auditu ne quid reo innocenti noceat, oramus. * Sed ve-
 nio iam ad L. C. C. b. u. familiarē miū cuius ex oratio-
 ne, ne illū quidē Iu. c. r. i. u. tecū exposulauī, quē ille om-
 ni. & virtute, & humanitate ornatus adoles. c. s. pri-
 mū de plebe aditū curulē factū esse dixit. in quo, Ca-
 si. si ita tibi respondiā, n. s. i. s. s. e. id pop. R. neq; fuisse,
 quid nobis narraret, praesertim mortuo Long. u. : o,
 vt opinor, admirere, cum ego ipse non abhorres a. u. d-
 i. o. antiquitatis, me hic id ex te primū audisse con-
 fitear. & quoniam tua fuit perelegans & per ubilis
 oratio, digna equiis Ro. vel studio, vel pudore: iuoni-
 amq; sic ab his es auditus, vt magnus honos & inge-
 nio. & humanitati tuae tribueretur. respōdebo ad ea,
 quae dixisti, quae plera: de ipso sine fuerūt: in quibus
 ipsi acules si quos habuisti in me reprobē. tēdo, tamen
 mihi nō ingrati acciderūt. * Quae sisti, verū mihi put-
 a-
 rē equiis R. filio faciliore fuisse ad adipiscendos ho-
 nore s. viam, an futuram esse filio meo, qui esset fami-
 lia consulari? ego verō quauquam illi omnia malō,
 quam mihi, tamen illi honorum aditus nunquam fa-
 ciliore s. optauī, quam mihi fuerunt: quin etiam, ne
 forte ille sidi me potius peperisse iam honores, quam v-
 ter demonstrasse adipiscendorum putet, hac illi soleo
 praecipere (quauquam ad praep. a. e. s. non est gna-
 r.) qua ille a loue ortus suis praep. i. s. i. : Vigil-
 andum est semper: multa insidra sunt bonis. no. i. s. ca-
 tera. quae nōne id quod multi inuideant: qua scri-
 p. s. i. t. grauis ille, & ingeniosus poeta, scripsit, non vt
 illos regios pueros, qui iam nusquam erā. j. e. d. vt nos

58

59

610

- 60 & nostros liberos ad laborē, & laudem excitaret.
 * Queris, quid potuerit amplius assequi Plancius, si
 Cn. Scipionis fuisset filius? magis adilis, fieri non po-
 tuisset: sed hoc præstare, quod ei minus inuideretur,
 etenim honorum gradus summis hominibus & infi-
 mis sunt pares, gloria dispares. quis nostrū se dicit
 M. Curio, quis C. Fabricio, quis P. Duellio parem?
 quis Atilio Calatino? quis Cn. & P. Scipionibus?
 quis Africano, Marcello, Maximo? eosdē sumus ho-
 norum gradus, quos illi, assecuti: est enim in virtute
 multis ascensus, ut is gloria maxime excellat, qui
 virtute plurimum præstet. honorum populi finis est
 consulatus: quem magistratum iam octingenti serē
 consecuti sunt. horū, si diligenter quæras, vix deci-
 mam partem reperias gloria dignū: sed nemo vn-
 quam sic egit, ut tu: cur iste fit consul? quid potuit
 amplius, si L. Brutus esset, qui ciuitatem dominata
 regio liberauit? honore nihil amplius, laude multū:
 sic igitur Plancius nihilominus quaestor est factus,
 & tribunus pl. & adilis, quā si esset summo loco
 natus. sed hac pari loco orti, sunt innumerabiles a-
 lij consecuti, & Profers triūphos Ti. Gracchi, & C.
 Marij, & quæris, quid simile in Plancio. quasi verò
 isti, quos commemoras, propterea magis laude fue-
 rint digni, quod triumpharunt, & non quia com-
 missi sunt his magistratus, in quibus bene gesta tri-
 umpharunt. Rogas, quæ castra viderit, & qui miles
 in Creta Metello hoc imperatore, & tribunus in
 Macedonia militū fuerit, & quaestor tantum ex re
 militari detraxerit temporis, quantum in me custo-
 dien-

tionem tu auferre
 tu nihil, quod se
 ter. nō toruor filio
 hinc salsum de iure
 cuiusmodi artes in q
 his fuerint, satis
 velle se ab istis fin
 integritas, in cand
 nō, nō scientia ven
 tandū, quamuis fr
 tatore e mitibus, f
 qua in emendo s
 iū amittam, quē
 præficere nō, nō
 vigilantiam esse
 magistratum, quæ
 terca est ars, facile
 & innocentia cent
 in: ignem quis q
 is, qui voluit esse
 no, quid nō tot opt
 nōrū? Iubet Pla
 nihil potest: nisi e
 fuisse. Idē effers
 ille agere multo
 fineat: & id te ac
 deflor sine peric
 do confuere sum
 te etiā reprehēdo
 dā mania, & len

PRO CN. PLANCIO.

62
 diendum et anserre maluerit. * Quæris, nū diser-
 tu: in id, quod secundum est, ne sibi quidem vide-
 tur. nū iuriconsultus? quasi quisquam sit, qui sibi
 hunc falsum de iure respondisse dicat: omnes enim
 eiusmodi artes in ijs reprehenduntur, qui cū pro-
 fessi fuerint, satūfacere nō possūt: nō in ijs, qui ab-
 fuisse se ab istis studijs confitentur. virtus, probitas,
 integritas, in candidato, non lingua volubilitas, nō
 ars, nō scientia requiri solet. ut nos in mācipijs pa-
 vandū, quamuis frugi hominē, si pro fabro, aut pro
 textore emimus, ferre molestū solemus, si eas artes,
 quas in emendo secuti sumus, fortē nesciuerit: sin
 autē emimus, quē villicum imponeremus, quē pecori
 præficeremus, nihil in eo, nisi frugalitatē, laborem,
 vigilantiam esse curamus: sic populus Rom. deligit
 magistratus, quasi reip. villicos, in quib⁹ si qua præ-
 terea est ars, facile patitur, sin minus, virtute eorū,
 & innocentia contentus est: quotus enim quisq; di-
 sertus? quotus quisq; iuris peritus est, ut eos nume-
 res, qui volūt esse? quōd si præterea honore dignus ne-
 mo, quid nā tot optimis, & ornatissimis ciuib⁹ est
 futurū? * Iubes Planciū de virijs Laterensis dicere.
 63
 nihil potest: nisi eum nimis in se iracundū putabis
 fuisse. Idē effers Laterensē laudibus, facile patior
 id te agere multū verbis, quod ad iudiciū non per-
 tineat: & id te accusantē tandiu dicere, quod ego
 defēsor sine periculo possim consistere, at qui nō mo-
 dō confiteor summa in Laterensē ornamētā esse, sed
 te etiā reprehēdo, quōd ea non enumeres, alia qua-
 dā inania, & leuius, conquiras. Præneste fecisse lu-

ORATIO

dos. quid? alij quaestores nonne fecerunt? Cyrenis libe-
 rale in publicanos, iustum in socios fuisse. quis negat.
 sed ita multa Romae geruntur, ut vix ea, quae sunt in
 64 provincijs, audiantur. * non vereor, ne mihi aliquid
 iudices, videar arrogasse, si de quaestura mea dixe-
 ro: quamvis enim illa floruerit, tamen ne postea
 fuisse in maximis reb. arbitror, ut non ita mihi mul-
 tum sit ex quaestura laude repetendum. sed tamen non ve-
 reor, ne quis audeat dicere, vilius in Sicilia quaestu-
 ram, aut gratiorē, aut clariorē fuisse. verē, me hercu-
 les, hoc dicam. sic tū existimabam, nihil homines unquam
 aliud Romae, nisi de quaestura mea loqui. frumētī in-
 summa caritate maximum numerū miserā, nego-
 tiatorib. comū, mercatorib. iustū, municipiū liberali-
 ſs, socijs abstinentes. omnib. etiam visus in omni officio di-
 ligentissimus. excogitati quidam erant à Sicilia honores
 65 inauditi. * itaque, hac spe decedebam, ut mihi populū
 R. vltro omnia delaturū putarē. at ego, cū casu die-
 bus ijs itineris faciendi causa decedens è provincia
 Puteolos fortē venissem, cū plurimi & lautissimi so-
 lēt esse in ijs locis, concidi pendē, iudices, cū ex me
 quidam quaesisset, quo die Roma exisset & nunquid in
 ea esset noui. cui cū respondiſsem, me è provincia de-
 cedere: etiā me hercules, inquit, ut opinor ex Africa.
 huic ego iam stomachans fastidiose immō ex Sicilia,
 inquam. tum quidam, quasi qui omnia sciret, quid? tu
 nescis, inquit, hunc Siracusis quaestorem fuisse? quid
 multa? destiti stomachari, & me unum ex ijs feci,
 66 qui ad aquas venisset. * sed ea res, iudices, haud scio,
 an plus mihi profuerit, quam si mihi tū esset omnes

con-

PRO CY

congruati. nam po-
 lebitur: pulchre
 mid de me audire ve-
 nisse quod die me pro
 ius: proſi fortis mem-
 neu, neg, formis alij
 copatu meū tempo-
 rapam ut in pūm: nam
 gere te ſolere in actu
 ſi iudū & ferrū, que
 tenim M. Catonis
 Criguntum ſuarum, ſi
 putant: clariorum ve-
 nus ocy, quam nego-
 ſi quam habeo laudē
 Roma eſt, quaſtū
 publici quāq, caſu co-
 reſt, mihi demū fuerit
 randa. * eadem gēn-
 ſiſt, idem virtutis em-
 ſort eſſe, quod ego ha-
 ſcendi, iſſim e gregia
 latine manent. Sed
 quam ex vrbē abſi-
 talur rebū ſiſtē, ſi
 loit aſſiduitate, at
 luit liberalitate: ſui
 ratione, qua minimū
 mi eſſe honores con-
 eō plus me Plancio d

PRO CN. PLANCIO

congratulati. nam posteaquã sensi populũ R. aures
 hebetiores. oculos acres atq; acutos habere: destitũ,
 quid de me audituri esẽt homines. cogitare: feci, vt
 postea quotidie me presentẽ viderẽt: habitant in o-
 culũ: pressi forũ: neminẽ à cõgressu meo neq; ianitor
 meus, neq; somnus absterruit. ecquid ego dicam de
 occupatis meis temporibus, cui fuerit ne ociũ quidẽ
 vnquam ociosum: nam quas tu commemoras. Casi,
 legere te solere orationes, cũ ociosus sis: bas ego scri-
 psi ludũ & ferijs, ne omnino vnquam essem ociosus.
 etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit
 Originum suarum, semper magnificum & praeclarũ
 putat: clariorum virorũ, atq; magnorum non mi-
 nus ocij, quã negotij rationem extare oportere. ita
 si quam habeo laudẽ, qua quanta sit nescio, parta
 Romã est, quã sita in foro: meaq; priuata consilia
 publici quoq; casus comprobauerũt, vt etiã summa
 resp. mihi domi fuerit gerenda, & vrbs in vrbe ser-
 uanda. * eadem igitur, Casi, via munita Lateren-
 si est, idem virtutis cursus ad gloriam, hoc facilius
 fortasse, quod ego huc à me ortus & per me nixus
 ascendi, istius egregia virtus adiuuabatur commẽ-
 datione maiorũ. Sed vt redeam ad Plancium, nun-
 quam ex vrbe absuit, nisi sorte, lege, necessitate. non
 valuit rebus istis, quibus fortasse nonnulli: at va-
 luit assiduitate, at valuit obseruandis amicis, va-
 luit liberalitate: fuit in oculũ: petiuit: est vsus ea
 ratione, qua minima inuidia, noui homines pluri-
 mi eosdẽ honores consecuti sunt. * Nã q; ai, Casi,
 nõ plus me Plancio debere, quã bonis omnib; quod is

67

68

ORATIO

àquè mea salus car a fuerit : ego me debere bonis om-
 nibus fateor: sed etiam illis, quibus ego debeo, boni viri
 & ciues, adilitis comitis, aliquid se meo nomine
 debere, Plancio dicebant. verum fac me multis debe-
 re, & in his Plancio, vtrum igitur, me corubare oportet,
 an ceteris, cum cuiusque dies venerit, hoc nomen, &
 vrget, nunc, cum petitur, dissoluere? quanquam disti-
 ntilis est pecunia debitorum & gratia: nam qui pecuniam
 dissoluit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem
 debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui re-
 fert, habet: & qui habet, in eo ipso, quod habet re-
 fert. neque ego nunc Plancio desinam debere, si hoc sol-
 uero, nec minus ei reddere voluntate ipsa, si hoc
 molestia non accidisset. * Quaris à me, Caisi, quid
 pro fratre meo, qui mihi est charissimus, quid pro
 meis liberis, quibus nihil potest mihi esse incundius,
 amplius, quam pro Plancio facio, facere possim: nec
 vides istorum ipsorum caritate ad huius salutem de-
 fendendam maxime stimulari me atque excitari:
 nam neque illis huius salute, à quo meam sciunt esse
 defensam, quicquam est optatius: & ego ipse nunquam
 illos aspicio, quin per hunc me huius conseruatum esse
 meminerim, huiusque meriti in me recorder. Opimi-
 um damnatum esse commemoras, seruatorum ipsum
 reip. Calidium adiungis, cuius lege Q. Metellus in ci-
 uitatem sit restitutus: reprehendis meas pro Plancio
 preces, quod nec Opimium suo nomine liberatum sit,
 nec Q. Metelli Calidius, de Calidio tibi tantum re-
 spondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium coosulem
 pratoris comitis petente Q. Calidio populo R. sup-
 plicasse.

PRO C

plia, cum quidem
 no multum, et
 nola se nobis fiam
 em id in eodem Ca
 scio, aut Metellu
 patrem eius si vix
 pum quidem calat
 metra possit calli
 impet, puritudo p
 est, quia enim illi
 do patria nominan
 infligere securim,
 rant, qui prator fi
 liberat? At eni
 Plancio facio, & n
 ro me tuo arbitrat
 teat, quod istis tan
 non ingulant? imo
 est, que quidem in la
 rei meo, meoq; vit
 iusti, post hoc id
 palle post plera dic
 pete, aditum in me
 fuit illorum tantu
 vquam barbaru
 in hostem: an fuisse
 aut pena, quorum
 fero: nam in de
 nisi excusimas, et
 de reditu meo non

PRO CN. PLANCIO.

plicasse, cum quidem non dubitaret, & cōsul, & ho-
 mo nobilissimus, patronum illum esse suum, & fa-
 milia sua nobilissima, dicere. * quo loco quæro ex te,
 num id in iudicio Calidij putes, quod ego in Plancij
 facio, aut Metellū Pium, si Roma esse potuisset, aut
 patrem eius, si vixisset, non fuisse facturum. nam O-
 pinij quidem calamitas vrinam ex hominum me-
 moria posset euelli, vulnus illud reip. dedecus huius
 imperij, turpitude populi R. nō iudicium putandum
 est. quæ enim illi iudices, si iudices, & non parrici-
 da patria nominandi sunt, grauiorē potuerunt reip.
 instigare securim, quam cum illum è ciuitate eiecer-
 runt, qui prætor fuitimo, cōsul domestico bello rēp.
 liberat? * At enim nimis ego magnum beneficium
 Plancio facio, & vt ai, id verba exaggero, quasi ve-
 ro me tuo arbitratu, & non meo gratum esse oport-
 teat. quod isti u tantū meritum, inquit? an quia te
 non iugulauit? imō verō, quia iugulari passus non
 est. quos quidē in loco, Casti, etiam purgasti inimi-
 cos meos, meaq; vita nullas ab illis insidias fuisse di-
 xisti. posuit hoc idē Laterensis. quā ob rem de isto
 pauld post plura dicā: de te tantum requiro, virum
 putes odium in me mediocre inimicorū fuisse. quod
 fuit illorum tantum? requiro, virum putes odium
 vniquam barbarorum tam immane, ac tam crudele
 in hostem? an fuisse in y: aliquem, aut fama metū,
 aut pœna, quorum vidisti toto illo anno ferrum in
 foro, flammā in delubris, vim in tota vrbe versariē
 nisi existimas, eas iccirco vita mea pepercisse, quod
 de reditu meo non timerent: & quemquam putas

79

78

243

fuisse

ORATIO

fuisse, tam excordem, qui viuis his, stante vrbe & curia, rediturum me, si viuerem, non putaret? quam ob rem non debes, is homo, & is ciuis, predicare, vitam meã, qua fidelitate amicorũ conseruata sit, 72 inimicorum molestia non esse appetitam. * Respondebo tibi nunc, Laterensis, minus fortasse vehementer, quam abs te sum prouocatus: sed profectò, nec consideratè minus, nec minus amicè. nam primum illud fuit asperius, me, quã de Plancio dice- rem, mentiri, & temporis causa fingere. scilicet ho- mo sapiens excogitauit, quamobrem videret maxi- mũ beneficiũ vinculis obstrictus, cum liber essem, & solutus, quid enim? mihi ad defendendũ Plancium parum multa, parum iusta necessitudines etiã fa- miliaritatis, vicinitatis, patris, amicitia? quasi non essent. verer credo, ne turpiter facerem, si hoc splen- dore, & hac dignitate hominem defenderẽ, fingen- da fuit mihi, iudices, causa peractura, vt ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia debere dice- rẽ. at id etiã gregarij milites faciunt inuiti, vt co- ronã det ciuicã, & se ab aliquo seruatos esse fate- antur. non quòd turpe sit, protectũ in acie, hostium manibus eripi (nam id accidere, nisi forti viro, & pugnanti cominus, non potest) sed onus beneficiũ re- formidant, quod permagnum est alieno debere idẽ, 93 quod parenti. * ego cum ceteri verã beneficia etiã minorã dissimulẽ, ne obligati esse videãtur, eo me beneficio obstrictum esse ementiar, cui ne referrĩ quidem gratia posse videatur? an hoc tu, Laterensis, ignoras? qui, cum mihi esses amicissimus, cũ vel peri- culum

PROCN

culum tua meri-
 do nisi & acerbo
 no solum non, sed an-
 effertur meo liber-
 tis ego, auxiliandũ
 egit, te mihi remitte-
 fudum meum in Ca-
 quid enim in tuo merita
 uitas, & nihil autem m-
 liere, ponne etiam ill-
 ne prima habitio em-
 nominatiu egissent
 ti nullo modo possent
 pretorini: factu esse
 cause nostrã dicitur
 Plancio gratiam ego
 eius magnitudinem di-
 lecto agitur, ei me d-
 uiam, & huius tantu-
 finimo se pterea, non
 in literis, vixit aut: pe-
 re videat ad se quã au-
 meo iudicij aptum, qu-
 videatur? An que per-
 ipse ista dicitur? An que per-
 iam tant peres tua
 quem ego de me bene-
 eam se eodem autem
 alique, quem negat,

PRO CN. PLANCIO.

oculum vita tua mecum sociare voluisses. cum me in
 illo tristi & acerbo luctu, atque discesu non lacry-
 mis solum tuis, sed animo, corpore, copijs persecutus
 esses: cum meos liberos & uxorem, me absente,
 tuis opib. auxilioque defendisses: sic mecum semper
 egisti, te mihi remittere, atque concedere, ut omne
 studium meum in Cn. Plancij honore consumerem,
 quod eius in me meritum tibi etiam gratum esse di-
 cebas. * nihil autem me noui, nihil temporis causa
 dicere, nonne etiam illa testis est, oratio, qua est a
 me prima habita in senatu: in qua, cum per paucis
 nominatim egissem gratias, quod omnes enumerari
 nullo modo possent, scelus autem esset quenquam
 prateriri: statuissemque eos solum nominare, qui
 causa nostra duces & quasi signiferi fuissent: in his
 Plancio gratias egi. recitetur oratio, qua propter
 eius magnitudinem dicta de scripto est, in qua ego
 homo astutus, ei me dedam, cui nihil magnopere de-
 beam, & huius tanti officij seruitutem astringam. te-
 stimonio sempiterno. nolo cetera, qua a me mandata
 sunt literis, recitare: pratermitto illa, ne aut proferre
 videar ad tempus, aut eo genere uti literarum, quod
 meo studijs aptius, quam consuetudini iudiciorum esse
 videatur. * Atque etiam calamitas, Laterensis: Quo-
 usque ista dicis? nihil in Crispio proficisci: obsoleta
 iam sunt preces tue. de Crispio mihi ne tu obijcies,
 quem ego de me bene meritum quia te teste cognoue-
 ram, te eodem auctore defendi? Et ei dices, Quo-
 usque, quem negas, quod pro Crispio contenderit,

ORATIO

impetrare potuisse? nam istius verbi, Quousque, hac poterat esse inuidia, datus est tibi ille, condonatus ille: non facis finem: ferre non possumus. ei quidem, qui pro vno laborauit, & ipsum id non obtinuerit, dici, quousque, irridens magis est, quam reprehendendum, nisi forte ego vnus ita me gessi in iudicijs, ita & cum his, & inter hos vixi, in causis patronus, is in rep. ciuis & sum, & semper fui, solus vt a te constituer, qui nihil a iudicibus debeam vquam impetrare. * & mihi lacrymulam Crispiani iudicij obiectas: sic enim dixisti: Vidi ego tuam lacrymulam: vide quam me verbi tui poeniteat. non modò lacrymulam, sed multas lacrymas & sterum cum singultu videre potuisti. an ego, qui meorum lacrymis me absente commotis, simultates, quas mecum habebat, deposuisset, meoque salutis non modò non oppugnator (vt inimici mei putarant) sed etiam defensor fuisset, huius in periculo non dolorem meum significarem? * tu autem, Laterensis, qui tum lacrymas meas gratas esse dicebas, nunc easdem vis inuidiosas videri. negas tribunalum Plancij quicquam attulisse adiumenti dignitati meae: atque hoc loco (quod verissimè facere potes) L. Racili, fortissimi & constantissimi viri, diuina in me merita commemoras, cui quidem ego, sicut Placido, nunquam dissimulasti me plurimum debere, semperque pra me feram. nullas enim sibi ille neque contentiones, neque inimicitias, neque vita dimicationes, nec pro rep. nec pro me defugiendas putauit. atque

76

77

PRO C

atque vnum, quam
licet per bonum
papatu refert.
tribunatu Planciu
reuerentem de iustis
orem. Racili bene
no patet, iudices
ui, quod me esse grati
in Ro. illo S. C. quod
est, quo me a saluom
tri Cn. Plancio gra
magistratibus def
pro me gratias age
rendam gratiam
des, quo me tam
rensi? vltim esse
reus, Lantano con
pro salute tua, sed et
quid quidem etiam
natur a quidem ab
de exortatu: non qu
me, beneficij gratia
per aliquem de me
tumes, vt eodem tem
posim gratias videri
examinabo, non soli
iam quid cuiusq, in
pupulat. agatur
erisimatio, lam,

PRO CN. PLANCIO.

atque utinam, quàm ego sum in illum gratus, tam
 licuisset per hominum vim, & iniuriã populi Rom.
 ei gratiam referre. sed si non eadem contempsit in
 tribunatu Plancius, existimare debes, non huic
 voluntatem defuisse, sed me, cum iam Plancio de-
 berem, Rarilij beneficij: fuisse contentum. * an ve-
 rò putas, iudices iccirco minus mea causa factu-
 ros, quòd me esse gratum criminaverint, cum popu-
 lus Ro. illo S. C. quod in monumento Marij factum
 est, quo mea salus omnibus est gentibus cõmendata,
 vni Cn. Plancio gratias egerit (vnus enim fuit de
 magistratibus defensor salutis meae, cui senatus
 pro me gratias agendas putavit) ei ego à me refe-
 rendam gratiam non putem? atqui, eum cum vi-
 des, quo me tandem animo in te putas esse Late-
 rensis? vllum esse tantum periculum, tantum labo-
 rem, tantam contentionem, quàm ego non modò
 pro salute tua, sed etiam pro dignitate defugerem?
 quòd quidem etiam magis sum, non dicam miser
 (natura quidem abhorret à virtute verbi) sed cer-
 te exercitus: non quia multũ debeo, (leue enim o-
 nus, beneficij gratia) sed quia sepe concurrat, pro-
 pter aliquorum de me meritum inter ipsos cõten-
 tiones, vt eodem tempore in omnes, verear, ne vix
 possim gratus videri. * sed ego hoc meis ponderibus
 examinabo, non solum quid cuique debeam, sed oc-
 iam quid cuiusq; intersit, & quid à me cuiusq; te-
 pus poscat. agitur studium tuum, vel etiam si vis,
 existimatio, laus, adilitas: at Cn. Plancij salus, pa-

78

79

293

7716

ORATIO

eria. fortuna. saluum tu me esse cupisti: hic fecit,
 etiam vt esse possem. distineor tamē, & diuellor do-
 lore, & in caussa dispari offendi te à me, doleo: sed
 mediūfidius multd etiam meam salutem pro te
 obiecerō, quā Cn. Plancij salutem tradidero con-
 80 tentioni tuæ. * etenim. iudices, cum omnibus vir-
 tutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil est
 quod malim, quā me & gratum esse, & videri.
 hac est enim vna virtus non solū maxima, sed et-
 iam mater virtutum omniam reliquarum. quid est
 pietas, nisi voluntas grata in parentes? qui sunt bo-
 ni ciues, qui belli, qui domi de patria bene me-
 rentes, nisi qui patria beneficia meminerunt? qui
 sancti, qui religionum colescentes, nisi qui merita
 djs immortalibus gratiā, iustis honoribus, & me-
 mori mente persolunt? qua potest esse iucunditas
 vita sublatis amicitijs? qua potest esse amicitia po-
 81 test esse inter ingratos? * quis est nostrū liberali-
 ter educatus, cui non educatores, cui non magistrū
 sui atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse
 altus aut doctus est, cum grata recordatione in
 mente versetur? cuius opes tanta esse possunt, aut
 vnquam fuerunt, qua sine multorum amicorū offi-
 cijs stare possint? qua certe, sublata memoria, &
 gratia, nulla extare possunt. equidem nil tam pro-
 prium hominis existimo, quā non modō beneficio,
 sed etiam beneuolentia significatione alligari: nihil
 porò tam inhumanum, tam immane, tam ferum,
 quā cōmittere, vt beneficio, non dicam indignus,
 sed

PRO EN

scilicet esse videtur
 conuenit. Lacerent
 qui nihil potest esse
 in me gratum esse
 licet, vt cum bene
 reprehenderit, in co
 pter modum dicat
 iam meam gratiam
 me nec nocentat, nec
 quid vos valere oport
 mea non hoc profici
 tata semper amicit
 etiam ego de me t
 meam voluptati pa
 que vehementer vi
 multitudine locum
 centi. * sed hoc ne
 cogitasti, sane qui
 loci causam conue
 tudine aliquid de re
 quid in alijs aditum
 hoc locum multu er
 mea. desiderat, si me
 tu id praedixit: sine
 certis etiam ad
 so amicitia traxit,
 sem elicere. non vo
 tate, cum causa labo
 pium, inquit, non s

PRO C. N. PLANCIO.

sed victus esse videre. * qua cum ita sint, iam suc- 82
cumbam. Laterensis, isti tua orationi, in eo ipso, in
quo nihil potest esse nimium, quoniam ita tu vis, nimi-
um me gratum esse concedam: petamq; à vobis, iu-
dices, ut eum beneficio complectamini, quem qui
reprehenderit, in eo reprehendit, quod gratum
præter modum dicat esse. neque enim ad negligen-
dum meam gratiam debet valere, quod dixit, idē,
vos nec nocentes, nec litigiosos esse, quo minus me
apud vos valere oporteret. quasi verò in amicitia
mea non hac præsidia (si qua fortè sunt in me) pa-
rata semper amicis esse maluerim, quā necessaria.
etenim ego de me tantum audeo dicere, amicitiam
meam voluptati pluribus, quàm præsidio fuisse: me- 83
que vehementer vita mea pœniteret, si in mea fa-
miliaritate locus esset nemini, nisi litigioso, aut no-
centi. * sed hæc nescio quo modo, frequenter in me
congestisti, saneque in eo creber fuisti, te igitur in
locos causam conyicere noluisse, ne ego mea consue-
tudine aliquid de tensis misericordia causa dicerē,
quod in alijs adilibus aut fecissem. nonnihil egisti
hoc loco: nam mihi eripuisti ornamentum orationis
mea. deridebor, si mentionem tenarum fecero, cū
tu id prädixeris: sine tensis autem quid potero di-
cere? hic etiam addidisti. me igitur mea lege ex i-
sto ambitu traxisse, ut miserabiles epilogos pos-
sem elicere. non vobis videor cum aliquo declama-
tore, non causa laboris, & fori disputari? * Rhodi e- 84
nim, inquit, non fui: me vult fuisse, sed fui, inquit,
(puta-

ORATIO

putabam in Niceis dicturum) bis in Bithynia, si
 locus haberet reprehensionis ansam aliquam, ne-
 scio, cur seuiorem Nicaam putes, quam Rho-
 dum. si spectanda causa est, & tu in Bithynia
 summa cum dignitate fuisti, & ego Rhodi non mi-
 nore. Nam quod in eo me reprehendisti, quod
 nimium multos defenderim: utinam & tu, qui
 potes, & ceteri, qui defugiunt, vellent, me labo-
 re hoc leuare: sed sit vestra diligentia, qui in
 causis ponderandis omnes ferè repudiatis, ut ad
 nos pleraque confluant, qui miseris, & laboranti-
 bus nihil negare possumus. * Admonuisti etiam,
 quod in Creta fuisses, dictum aliquod in petitione
 tua dici potuisse, me id perdidisse. vter igitur no-
 strum est cupidior dicti: egone, qui, quod dici po-
 tuit, non dixerim: an tu, qui etiam ipse in te di-
 xeris? te aiebas de tuis rebus gestis nullas literas
 misisse, quod mihi mea, quas ad aliquem misissem,
 obfuisent. quas ego mihi obfuisse non intelligo,
 reip. video prodesse potuisse. * sed sunt hac leuiora:
 illa verò grauiora atque magna, quod meum
 discessum, quem sapè deferas, nunc quasi repre-
 hendere, & sub accusare voluisti: dixisti enim, non
 auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. ego verò
 fateor mehercule, quod viderim mihi auxilium
 non desse, iccirco me illi auxilio pepernisse. quis
 enim status, quod discrimen? qua fuerit in rep.
 tempestas illa, quis nescit? tribunitius me terror,
 an consularis furor mouit? decertare mihi ferro
 ma-

PRO CN

negum fuit cum re
 ter neque integro
 lencium memoriam
 ut & illa principia
 derant, quorum alia
 dicit: empro pronia
 mibus defecerat, qu
 pluri plurimum pater
 retor, furialis illa ve
 ditarius effluens
 te acerbitate per se
 diti in bono serui
 mecum senatum, &
 me duo post domum
 suscipit est, sed re
 nomine hofes, p
 parere non fuerunt,
 huius scriptura sed linc
 metui caritatem equi
 comibus salutar illa
 detentatione terre
 cui quidam belli intes
 batur hofes ego auxi
 time. Lateris, pot
 non disceptando
 ferton ta bona in ca
 darunt id mihi ipse
 fuit arma, inquam
 atq; a feruor duc
 vultu, per quos su

PRO CN. PLANCIO.

magnū fuit cum reliquis eorum, quos ego floren-
 tes atque integros sine ferro viceram. consules post
 hominum memoriam tererrimi atq; turpissimi, si-
 cur & illa principia, & hi recentes rerū exitus de-
 clarant, quorum alter exercitū perdidit, alter vē-
 didit: emptis provincijs, à senatu, à rep. à bonis o-
 mnibus defecerāt, qui exercitibus, qui armis, qui o-
 pibus plurimū poterāt, cū, quid sentiret, nesci-
 retur, furialū illa vox, nefarijs stupris, religiosis
 altaribus effæminata, secū & illos & cōsules face-
 re acerbissimè personabat. egēres in locupletes, per-
 diti in bonos serui in dominos armabātur. * aderat 87
 mecum senatus, & quidē veste mutata, quod pro-
 me vno post hominum memoriam publico consilio
 susceptū est. sed recordare, qui tū fuerint consulū
 nomine hostes, qui soli in hac vrbe senatū senatū
 parere non siverint, edictōq; suo non luctū patri-
 bus cōscripsit, sed luctus indicia ademerint. aderat
 mecū cunctus equester ordo: quem quidem in con-
 cionibus saltator ille Catiline cōsul proscriptiōnis,
 denūciatione terrebat. at tota Italia conuenerat:
 cui quidē belli intestini, & vastitatis metus infere-
 batur. hisce ego auxilijs studētib; atq; incitatu v-
 ti me, Laterēsis, potuisse confiteor: sed erat nō iure,
 non disceptando decertandū: (nam profectō pra-
 fertim tā bona in causa nunquā, quo ceteri abun-
 darunt, id mihi ipsi auxiliū meū defuisset) armis
 fuit, armis, inquam, fuit dimicandū: quib; à seruis,
 atq; à seruorū ducibus cadē fieri senatus & bono-
 rum, reip. exitiosum fuisset. * vinci autē improbos 88
 à bo-

ORATIO

à bonū fateor fuisse præclarum, si finem eū vincē-
 di viderem: quem profecto non videbam. vbi enim
 præsto fuisset mihi aut tam fortis consul, quàm L.
 Opimius, quàm C. Marius, quàm L. Flaccus, quibus
 ducibus improbos ciues resp. viciē armati: aut, si
 minus fortes, attamen tam iusti, quàm P. Mutius,
 qui arma, quæ priuatus P. Scipio sumpserat, ea Ti.
 Graccho interempto iure optimo sumpta esse defē-
 dit? esset igitur pugnadū cum cōsulibus, nihil am-
 plius dico, nisi illud: victoria nostræ graues aduersa-
 rios paratos, interitus nullos vltiores esse videbā.
 29 hisce ego auxilijs salutis meæ si iccirco defui, quia
 nolui dimicare, fatebor id, quod vis, non mihi auxi-
 lium, sed me auxilio defuisse: sin autē quod maior a
 studia in me bonorum fuerunt, hoc ijs magis consu-
 lendum, & parcendū putauit: tu id in me reprehen-
 dū, quod Q. Metello laudi datum est, hodieq. est, &
 semper erit maxima gloria? quem, vt potes ex mul-
 tis audire, qui tum assuerunt inuictissimis viris, cō-
 stiter bonis cecisisse. nec fuisse dubium, qui contenti-
 one, & armis superior posset esse. ergo ille cū suū,
 non cū senatus factum defenderet, cū perse-
 uerantiam sententia sua, non salutem reip. reti-
 nuisset: tamen ob illam constantiam, quæ illud vo-
 luntarium vulnus accepit, iustissimos omnium
 Metellorum, & clarissimos triumphos gloria lau-
 de superauit, quod & illos ipsos improbissimos ci-
 ues interficere noluit, & ne quis bonus interiret in
 eadem cade, prouidit: ego tantis periculis propo-
 sitis, cū si victus essem, interitus reip. si vicissem,
 infi-

PRO CN. PLANCIO.

infinita dimicatio pararetur: committerem, ut i-
 dem perditor reip. nominarer, qui seruator fuis-
 sem? mortem me timuisse dicis. ⁷ ego vero de im- 90
 mortalitate quidem contra temp. accipiendam
 putarem, nedum emori cum pernicie reip. vel-
 lem. nam qui pro rep. vitam reddiderunt, (licet
 me desipere dicas) nunquam me hercule eos mor-
 tem potius, quam immortalitatem affectos puta-
 ui. ego vero si tum illorū impiorum ferro ac manu
 concidisset, in perpetuum resp. ciuile presidium sa-
 lutis sua perdidisset. quin etiā si me vix aliqua mor-
 bi, aut natura ipsa consūpisset, tamen auxilia pos-
 teritatis essent imminuta, quod peremptū esset mea
 morte id exemplum, qualis futurus in me retinēdo
 fuisset senatus populi q. Ro. An, si vnquam in me
 vita cupiditas fuisset, ego mēse Decembri mei cōsu-
 latus omnium parricidarum tela commōsem? quā,
 si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum consu-
 lum rocidissem. quam ob rem si vita cupiditas con-
 tra rēp. est turpis, certē multo mortis cupiditas mea
 turpior fuisset cum pernicie ciuitatis. ⁸ Nam quod 91
 te in rep. liberum esse gloriatus es, id ego & fateor
 & laetor. & tibi etiam in hoc gratulor: quod me
 autem negasti, in eo neque te, neq. quenquam diu-
 tius patiar errare. nam si quis iccirco aliquid de li-
 bertate mea diminutum putat, quod non ab omni-
 bus eisdem, à quibus antea solitus sum dissentire,
 dissentiam: primū, si bene de me meritū gratū me
 prabeo, non desino incurrere in crimen hominis ni-
 mium memoris, nimiumq. grati: fin autem sine
 vltō

ORATIO

villo reip. detrimento respicio etiam aliquādo salu-
 rem tum meam, tum meorum, certe non modò non
 sum reprehendendus, sed etiam, si ruere vellē, boni
 viri me, vt id ne facerē, rogarēt. * res verò ipsa pu-
 blica si loqui posset, ageret mecum, vt quoniam sibi
 seruissem semper, nunquam mihi, fructus autē ex
 sese non vt oportuisset latos & vberes, sed magna
 acerbitate permixtos tulissē: vt iam mihi seruire,
 consulerē meis: se non modò satis habere à me, sed
 etiam vereri, ne parū mihi pro eo, quod tum à me
 93 haberet, reddidisset. * quid horum ego nihil cogito?
 & idē sum in rep. qui fui sēper tamen ne tu liber-
 tatē requires meam? quam tu ponis in eo, si semper
 cum ijs, quibuscum aliquādo contendimus, depug-
 nemus. quod est longē secus: stare enim omnes debe-
 mus tanquam in orbe aliquo reip. qui quoniā ver-
 setur, eam deligere partem debemus, ad quā nos il-
 lius vtilitas, saluq̄, conuertit. ego autē Cn. Pomp.
 non dico auctorem, ducem, defensorē salutis mea
 (nam hac priuatim fortasse officiorum memoriā,
 & gratiam querunt) sed dico hoc, quod ad salutē
 reip. pertinet: ego eum non tuear, quē omnes in rep.
 principē esse concedunt? ego C. Cæsaris laudibus de-
 sim, quas primū populi R. nunc etiā senatus, cui me
 sēper addixi: plurimis atq̄, amplissimis iudicij: vi-
 deā esse celebratas: tum me hercule me cōstitear nō
 iudicium aliquod habuisse de reip. vtilitate, sed ho-
 94 minibus amicū aut inimicum fuisse. * an cum vi-
 deam nauem secundis ventis cursum tenentem su-
 um, si non ea eum petat portū, quem ego aliquādo
 pto-

PRO CN

pto-
 tum in tempore
 Da fides pto-
 caliope enim in
 nam aliquid nauig
 pto moderari. ego
 pto a legibus de
 pto in hoc rep. & in
 pto vltra prodiderunt
 pto idem, sed quā
 pto temporam. ratio con
 pto. quod & ego faci
 pto libertate nō, quam
 pto tūmī vnquam, nec
 pto sed in quādam mod
 pto vno ad illud extre
 pto in me meritum ver
 pto tu clausa. Lapidem
 pto neque enim mihi iust
 pto vortis fuisse. cuius
 pto huius, neque iustit
 pto bus, quā nimis per
 pto conmemoratione ce
 pto antum atque nunc
 pto incendo legum, tur
 pto dicitur quā mea dom
 pto bi, atq̄, ita te ro
 pto am petiti animo, q
 pto vna, conuicta, &
 pto cum me vno vel ma

PRO CN. PLANCIO.

probavi, sed alium non minus tutum atq; tranquillum: cū tempestate pugnem periculose potius, quàm illi, salute præsertim proposita, obtemperẽ, & param? neque enim inconstantis puto sententiam, tanquam aliquod nauigium, atq; cursum ex reip. tempestate moderari ego vero hæc didici, hæc vidi, qua scripta legi: hæc de sapientissimis & clarissimis viris, & in hac rep. & in alijs ciuitatibus monumenta nobis litera prodiderunt: non semper easdem sententias ab iisdem, sed qualiscumque reip. status, inclinatio temporum, ratio concordia postularet, esse defendendas. quod & ego facio, Laterensis, & semper faciam, libertatemq; quam in me requiris, quam ego neque dimisi vnquam, neq; dimittam, nõn in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. * Nunc venio ad illud extremum, quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem facere ex cloaca, lapidemque de sepulchro venerari pro deo: neque enim mihi insidiarum periculum vllum, neq; mortis fuisse, cuius ego temporis rationem explicabo breui neque inuitus: nihil enim ex meis est temporibus, quod minus peruagatum, quodq; minus aut mea commemoratione celebratum sit, aut hominibus auditum atque notum. ego enim, Laterensis, ex illo incendio legum, iuris, senatus bonorum omnium cecidens: cum mea domus ardore suo desolationem vrbi, atq; Italia toti minaretur, nisi quiescuissem: Siciliam petui animo, qua & ipsa erat mihi, sicut domus vna, coniuncta, & obtinebatur à C. Vergilio, quo sum me vno vel maxime cum verusta amicitia, tum

95

R r

mea

- 96 mei fratris collegia, tum resp. sociat. * vide nunc caliginem temporum illorum. cum ipsa penè insula mihi sese obviam ferre vellet, prator ille eiusdè tribuni pleb. concionibus propter eandem reip. causam saepe vexatus, nihil amplius dico, nisi, me in Siciliam venire noluit. quid dicam? C. Virgilio tali civi & viro, benevolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatem, humanitatem, fidem defuisse? nihil videlicet est eorum: sed quam tempestatem nos vobiscū non tulissemus, metuit, ne eā ipse non posses opibus suis sustinere. tum consilio repente mutato, iter à Vibone Brundisium terra petere contendit: nā maritimos cursus pracludebat hyemis magnitudo. *
- 97 cum omnia illa municipia, quae sunt à Vibone Brundisium, in fide mea, iudice, essent, iter mihi tutum multis minitantibus magno cum suo metu praestiterunt. Brundisium veni, vel potius ad mœnia accessi: urbem vnam mihi amicissimam declinaui: quae se vel potius excindi, quàm è suo complexu, vt eriperer, facile pateretur. in hortos me M. Lenij Flacci cōtruli: cui cum omnis metus, publicatio bonorum, exilium, mors proponeretur, hac perpeti, si accideret, maluit, quàm custodiam mei capitis dimittere. huius ego, & parentis eius prudensissimi atq; optimi senis, & virtusque filiorum manibus in naui tuta ac fideli collocatus, eorumq; preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrachium, quod erat in fide mea, petere contendit. * quod cum venissem, cognoui id, quod audieram, refertam esse Graciam sceleratissimorum homi-

mi-

PRO CN. PLANCIO

minum ac nefariorum, quorum impium ferrum,
 ignesq; pestiferos meus ille consulatus e manibus ex-
 torserat: qui antequam de meo aduentu audire po-
 tuissent, cum tunc abesset aliquorum dierum vitans
 in Macedoniam, ad Planciumq; perrexerit. hic verò sti-
 mulatq; me mare transisse cogrouit: (audi atque at-
 tende, Latevensis, vt scias, quid ego Plancio debeam:
 confite areq; aliquando, quod faciam, me & gratè,
 & piè facere, huic, qua pro salute mea fecerit, si mi-
 nus profutura sint, obesse certè non oportere:) nam
 simul ac me Dyrrachium attigisse audiuit, statim
 ad me, licioribus dimissis, insignibus abiectis, veste
 mutata profectus est. * ò acerbam mihi, iudices, me-
 moriam temporis illius & loci, cum hic in me inci-
 dit, complexus est, consperfitq; lachrymis, nec loqui
 praemore potuit: ò rem cum auditu crudelem, tum
 visu nefariam: ò reliquos omnes dies noctesque eas,
 quibus iste à me non recedens Thessalonicam me, in
 qua storiūq; perduxit. hic ego nunc de pratore Ma-
 cedonia nihil dicam amplius, nisi eum & ciuem o-
 ptimum semper, & mihi amicum fuisse, sed eadem
 timuisse, qua ceteros: Cn. Plancium fuisse vnum,
 non qui minus timeret: sed, si acciderent ea, que ti-
 merentur, mecum ea subire, & perpeti vellet. * qui
 eum ad me L. Tubero, meus necessarius, qui fratri
 meo legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, easq;
 insidias, quas mihi paratas ab exulibus coniuratis
 audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiam me
 ire propter eius prouincie metum, & cum meo fra-
 tre necis insidias comparatas non est passus, vt me,
 R r 2 inquam,

99

100

ORATIO

inquam, Plancius in complexu suo retinuit, multosq;
 101 menses à capite meo non discescit, abiecta quaestoria
 persona, comitibus sumpta. * & excubias tuas, Cn.
 Planci, miseris, à stebiles vigilias, ò noctes acer-
 bas, ò custodiam etiam mei capitis infelicem, si-
 quidem ego tibi viuis non profum, qui fortasse mor-
 tuus profuissem. meminim enim, meminim, neque un-
 quam obliuiscar noctis illius, cum tibi vigilantim, assi-
 denti, mœrentim vana quadam miser, itque inania,
 falsa spe inductus, pollicebar: me si essem in patriam
 restitutus, praesentem tibi gratiam relaturum: sin
 autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliquo
 maior reditum peremisset, hos hos (quos enim ego
 etiam alios animo intuebar?) omnia tibi illorum la-
 borum praemi: pro me per soluturos. quid me aspe-
 ctas? quid mea promissa repetis? quid meam fidem
 imploras? nihil tibi ego etiam de meis opibus pollice-
 bar sed horum erga me benevolentiam promittebam,
 hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro
 meo capite vel vita periculo velle videbam: de horum
 desiderio, luctu, querelis quotidie aliquid tecum si-
 mul audiebam, nunc timeo, ne nihil tibi praeter la-
 crymas queam reddere, quas tu in meis acerbitati-
 bus plurimum effudisti. * quid enim possum aliud, nisi
 102 mœrere? nisi flere? nisi te cum mea salute complecti?
 salutem tibi idem dare possunt, qui mihi reddide-
 runt. huc exurge tamen, quaso: retinebo, & comple-
 ctar, nec me solum deprecatores fortunarum tua-
 rum, sed comitem sociumq; profitebor: atq; ut spero,
 nemo erit tam crudeli animo, tamq; inhumano, nec

101

PRO

tenerent me
 teni, sed bene
 coram deo, ac
 deo: & tuus de
 truce: non equi
 ar: non gratia
 mecum, tuus fructu
 tar parue. & pro
 mite, iudices, p
 libero, immo me
 fra salute suscep
 iam obligatos me
 conseruata est,
 debilitate tam l
 vestre voluntate
 tu hanc sepe pro
 C. Planci, mo, &
 inconiulata facim
 quas ego, aditior
 per, sed etiam un
 mihi per hos consi
 in conseruatum r
 lacrymas impedi
 me: quibus ego m
 in frum, tuas ca
 fuerit in me:
 de illa re

FINI

PRO CN. PLANCIO

nam immemor meorum, non dicam in bonos meritorum, sed honorum in me, qui à me mei seruatorum capitis diuellat, ac distrabat. non ego meis ornatum beneficijs à vobis deprecor, iudices, sed custodē salutis meae: non opibus, contendo, non auctoritate: non gratia, sed lacrymis, sed misericordia: mecumq; vos simul miserimus, & optimus obtestatur parens, & pro vno filio duo patres deprecamur.

* nolite, iudices, per vos, per fortunas vestras, & per liberos, inimicis meis, ijs praefertim, quos ego pro vestra salute suscepi, dare latitiam glorianibus vos iam obligatos mei, salutisque eius, à quo mea salus conseruata est, hostes extitisse: nolite animum meū debilitare tum luctu, tum etiam metu commutata

vestra voluntate erga me: finite me quod vobis fretus huic saepe promisi, id à vobis ei persoluere, teque C. Flauii, oro, & obtestor, qui meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adiutor fuisti, meq; non modo saluum saepe, sed etiam ornatum, florentemq; esse voluisti: ut mihi per hos conserues eum, per quem me tibi, & his conseruatum vides. plura ne dicam, tua me etiā lacryma impediunt, vestraque, iudices, non solū mea: quibus ego magno in metu meo subitè inducor in spem, vos eosdem in hoc conseruando futuros, qui

fueritis in me: quoniam istis vestris lacrymis,
de illis recordor, quas pro me saepe,
& multum profu-
distis.

FINIS PARTIS II.

